

Franciszek Maroń

Materiały źródłowe do dziejów Kościoła w obecnej diecezji katowickiej. - Protokoły wizytacyjne z 1720 i 1721 r.

Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne 11, 333-370

1978

Artykuł został opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

KS. FRANCISZEK MAROŃ

MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1720 I 1721 R.

WSTĘPNA UWAGA

W poprzednim tomie „Śląskich Studiów” ogłosiliśmy sprawozdania wizytacyjne z dekanatu pszczyńskiego. Obecna kontynuacja objęte są wszystkie parafie dekanatu bytomskiego w granicach Górnego Śląska.

Dziechowice. 7 XI 1720.

In hac villa est ecclesia parochialis tituli Omnium Sanctorum, iurispatronatus tl. haeredis villae Dziechowice, consecrata a. 1622, die 10 V per tl. Nicolaum Oborski, suffraganeum cracoviensem, cuius dedicationis anniversarium diem observant dominicam IV post festum Paschalis. In eadem ecclesia sunt altaria 3, I maius ligneum, habens mensam muratam consecratam, in qua locatum est ciborium ligneum, similiter prout altare depictum, bene clausum, continens in se pixidem argenteam intus deauratam cum operculo, in quo sacratissimum Sacramentum asservatur supposito corporali. Expositiones Sanctissimi sunt pro festis sacri Paschatis et infra octavam sacratissimi Corporis Christi, Assumptionis BMV, quia pro istis festis habet indulgentias a. 1712, 11 X admissas. Fons baptismalis lapideus in medio ecclesiae situs, bene clausus, habens pelvim ex aurichalco pro conservanda aqua lustrali benedicta. Ibidem ad foritem inferius reperitur piscina. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo parieti ecclesiae affixo decenter conservantur. Altaria collateralia unum a latere dextro ligneum, in quo est imago BMV habens mensam muratam cum portatili, alterum ex altera parte, similiter ligneum cum imagine s. Antonii mensam habet cum portatili. Sacrarium in eadem ecclesia ligneum pro asservanda supellectili ecclesiastica foribus bene provisum et sera pensili claustrum. Pavimentum asseribus stratum et tabulatum, depictum. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus. Confessionale ligneum in ecclesia simplici formae. Chorus pro cantoribus ligneus supra fores ecclesiae parieti unctus. Haec ecclesia foribus binis ligneis bene provisum serisque pensilibus et fulcro fortiter clauditur. Campanile ligneum scandulis prout et ecclesia tectum, in quo sunt campanae 2, tertia supra ecclesiam in turriculo signatura. Coemeterium sepimentis ligneis obductum cum parva porta.

Reditus huius ecclesiae: Habet pro dote agros in duobus locis positos. In primo loco penes expulsorium alias Skotnica, incipientes a villa protensos usque ad limites episcopatus, villae Imieleno, longitudinis 10 stadiorum, latitudinis imparis aliqua stadia 40 sulcorum, aliqua 30. In hoc agro habet pro se domum residentialem et alia aedificia, prout infra. Item habet agrum in II loco ex parte villae penes expulsorium, incipientem a fluvio, protensum ad limites dictae villae Imielen, longitudinis 12 stadiorum, latitudinis imparis aliqua stadia 20 sulcorum, aliqua minus. In hoc agro locati sunt 2 hortulani Ma-

ciag et **Bernat**. Item habet hortulanium ex opposito tabernae longitudinis 63, latitudinis 30 **passuum**, in quo habet 2 domunculas subditorum. Item habet ante ecclesiam antiquam **domum cum** subdito, ex altera parte rectorem scholae **cum** horto. Item habet decimam manipularem ex media villa, ex agris praedialibus, scultetialibus et 3 cmethonum, **nempe** Adalberti Głowik, quam decimam **tl. haeres** ex suis agris et cmethones in horreum parochi convehunt antiqua praxi. Item habet pratum Niedzwiedzinek dictum. Item habet petronalia a singulis cmethonibus medium grossum et rector scholae 1 grossum. Haec ecclesia habet 150 florenos polonicales locatos in agro Przymiarek dicto, quem agrum **tl. haeres** tenet et solvit ecclesiae annuatim florenos polonicos 9, sex a cento. Item haec ecclesia habet vaccas 15, quas parochus loci tenet et solvit annuatim ecclesiae 15 **fl. pol.** antiqua praxi. Idem parochus loci habet legatos sibi testamento pie defuncti Joannis Pinnoci **fl. pol.** 70 apud **tl. haerem** Joannem Pinnoci et successores huius villae, prout docet testamentum pie memorati in praetorio cracoviensi depositum a. D. 1719 in hunc finem et effectuai, ut parochus huius ecclesiae et successores celebrent in hebdomada unam **missam** de s. Antonio **cum** collecta pro vivis et defunctis **domus** Pinoccianae. Alios proventus sive dotes haec ecclesia non habet. Ad quam haec unica villa pertinet et alba ripa alias Biały Brzeg, de Krzepawy et Brusowy subditi **tl. haeridis** et collatoris dicta e ecclesiae.

Rector seu parochus ecclesiae parochialis Dziechowicensis **tl. Michael** Mirny, annorum 51, ordinatus pro presbyteratu a. 1698, sabbatho ante dominicam passionis, quae fuit dies 15 III, per **tl. Stanislaum** Szembek, episcopum Dionysiensensem, suffraganeum cracoviensem, institutus ad ecclesiam in Dziechowice a. 1698, 19 IL Approbationem habet. Spectant villae ad hanc ecclesiam parochialem pro administratione sacramentorum hae: Dziechowice, Biały Brzeg, Krzepowa, ex quibus pro confessione paschali numerantur personae 226. Pro residentia sui habet domum ab ecclesia aliquot stadiis distantem, ligneam cum atrio, in quo est hypocaustum **maius cum** camera et alterum minus alias **Pokoik**. Item habet stabula pro equis, pecoribus et pecudibus, hollodium pro famulatio vero seorsivum hypocaustum cum cameris commodum. Item habet hortulum, in quo conservantur apes. Fovet scholiregam, qui officium cantoris agit. Salaratur a parocho iuxta conventionem et alia accidentia iuxta morem percipit, habet domum pro residentia sui non procul ab ecclesia distantem et alia stabula pro pecoribus et pecudibus.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Dziechowice: **Cum praesens** visitatio ad eum potissimum effectum a **tl. principe** et episcopo cracoviensi, duce severiensi, est instituta, ut statum ecclesiarum, signanter dziechowiensis, atque regimem in spiritualibus et temporalibus serie introspeciamus, illudque stricte et rigore examinemus Deo et **tl. deleganti** rationem reddituri. Proinde puncta infrascripta tamquam **magis** necessaria **tl. Michaeli** Mirny, parochi loci huius, ad expediendum et exequendum committimus et mandamus, quatenus idem **tl. parochus** gradus ad **maius altare** reparat, firmet et melioret, Christi Resurgentis statuum vulgo Resurrectionem hactenus deformem renovari omnino curet. Catechisticam doctrinam dominicis et festis diebus deambulando suis parochianis solide et docte animo praeparato et instructo non perfunctorie tradat, eosdem de fructibus catechesis per interrogationes et responsiones leniter et paterne examinet, eum iisdem parochianis signanter **cum** neosponsis ante benedictionem matrimonii, **num** sciant satis necessaria mysteria fidei videlicet orationem Dominicam, salutationem angelicam, symbolum apostolorum, mandata Dei, praecepta ecclesiae, scrutinium omnino expediat. Alias si praemissa ignoraverint, matrimonii benedictionem tantisper suspendat, donec didicerint et pro se et pro prole ex se nascitura articulos in praesenti decreto reformationis expressos. Divinum officium in dominicis et festivis diebus stata hora absolvat, non protrahendo tempus ulterius ad horam 11-mam, alias conformando se praxi et consuetudini totius dioecesis in talibus servari solita neminem diutius **cum**

missa conventuali et conclone expectet. Ad sacramentorum administrationem alterius parochiae non se immisceat et in alienam messem falcem non immittat, nisi praesente et consentiente vicino **parcho** in extrema necessitate, quae omnem **frangit legem**. **Approbationem** ad excipiendas confessiones in actu visitationis **coram** Nobis non **productam** asserendo, quia eandem Cracoviam remisit ad effectum obtinendae **prorogationis** coram t. decano loci intra mensem **praesentet** cum ea conditione, quatenus et immediate habitam et noviter **obtentam** producat. Sanctissimum qualibet die octava renovari curet ordinationemque praesentem in sequenti congregatione decanali quamprimum remonstret.

Mysłowice Oppidum. 8 XI 1720.

In hoc oppido est ecclesia murata, scandulis tecta, testudineata, tituli Nativitatis BMV. **Iuspatronatus** domini haereditis eiusdem oppidi. De consecratione et erectione non constat, tamen dedicationis diem anniversariam observant dominicam VII post Pentecostes. In eadem ecclesia ciborium ligneum in mensa maioris altaris **situm**, depictum, decenterque **extractum** cum bona clausura, in quo sanctissimum Sacramentum in **pixide** argentea intus deaurata **supposito** corporali asservatur. Expositiones Sanctissimi et processiones soient peragi cum eoque Sacramento diebus **solemnioribus**, utpote pro festo Resurrectionis Christi Domini, infra octavam Corporis Christi, BMV respectu confraternitatum in hac ecclesia fundatarum. Fons baptismalis lapideus in medio ecclesiae locatus, continens in se pelvim **aeneam** pro conservanda aqua lustrali, benedicta, bene clausus sera pensili. Piscina ad **latus** eiusque pro asservendis **stropholis** reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo parieti ecclesiae affixo bene clauso tenentur. Altaria 4 in hac ecclesia: I **maius** ligneum **partim** muratum, partim picturis ornatum, decentis **structurae**, habens **mensam muratam** cum portatili, continens in se imaginem Nativitatis BMV. II altare confraternitatis rosarianae ad **partem** sacrarii locatum, ligneum, inauratum et picturis ornatum, habet **mensam muratam** cum portatili. III altare ligneum, decenter **extractum**, variis coloribus adornatum, continet in se imaginem s. Annae et mensam muratam **cum** portatili. IV altare parieti ecclesiae annexum, ligneum, picturis adornatum, aliqua ex parte inauratum, in quo est imago s. Antonii et mensa murata **cum** portatili, in quibus celebrantur **missae** sacrificia. Est adhuc capella in hac ecclesia murata et testudineata tituli s. Catharinae, in qua est altare ligneum **cum** mensa murata et portatili, qua utuntur pro **modum** sacrarii pro ornandis **presbyteris** ad absolvenda missae sacrificia. Sacrarium muratum, testudineatum post maius altare situm, in quo sunt armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Hoc sacrarium bene foribus provisum et fortiter clausum tantum **unam** fenestram habet ferro obductum. Supra quod sacrarium est **mansio** parva **cum** **pinaculo** parvo et fenestris duabus, extracta extra ecclesiam. Reliquiae exstant in 2 cistulis, non constat, an sint authenticae, tamen in **maiori** altari locatae. De reliquiis confraternitatis **tam** rosarianae **tam** s. Annae non constat ob absentiam t. praepositi, qui legalitate publica **impeditus**, ex quo ad Tribunal Regni a t. capitulo cracoviensi est deputatus. Suggestus ligneus parieti affixus decenter **extractus** et picturis adornatus. Chorus ligneus pro musica et cantoribus, in quo stat organarium bonum **vocum** 9. Pavimentum est asseribus stratum. Haec ecclesia binis foribus cum porticu bene **seramentis** et claustris provisus **plauditur**. Campanile ligneum scandulis **tectum**, in quo sunt campanae 3, duae maiores et III minor, IV in turricula supra ecclesiam alias signatura. In campanili superius est horologium, quod indiget reparatione **notabili**. Coemeterium sepimentis ligneis **circumductum** et ossarium scandulis **tectum**.

Reditus et proventus ecclesiae parochialis Myslowicensis: In hoc oppido sunt **lanei oppidanorum**, de quibus solvitur decima pecunia plebano in Myslowice, quae prius erat **manipularis**. Ita ecclesia et plebanus ibi habet proprios agros pro suo usu, praedio et necessitate. Item est ibi praedium, de quo datur decima

manipularis. Porąbka, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas ad episcopum cracoviensem pertinet, in qua sunt lanei **cmethonales**, item 1 taberna et hortulania habentes agros de quibus pro una medietate solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Mysłowice, pro altera autem medietate solvitur et conducitur decima pro ecclesia et eius plebano in Jaworzno. Brzezinka, villa sub parochia in Mysłowice, cuius proprietas ad t.l. haeredem de Plesyna, in qua sunt lanei, de quibus solvitur decima pecuniaria. Columbationem et denarium s. Petri solvit ecclesiae in Mysłowice Brzanczkowice, villa sub parochia in Mysłowice, cuius proprietas ad dominium Plezynensem pertinet, in qua sunt lanei, de quibus solvitur decima pecuniaria. Item est ibi scultetis, de qua scultetus plebano in Mysłowice ratione decimae singulis annis pro festo s. Martini solvit 16 grossos. Rozdzien, villa sub eadem parochia, cuius proprietas ad dominum de Plezyna spectat, in qua sunt lanei, de quibus solvitur decima manipularis per medium ad Czeladz et medium ad Mysłowice, quam tollit minister in Mysłowice ecclesiae. Koziniecz, villa deserta sub eadem parochia, in qua sunt lanei, qui seminante, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Mysłowice. Siępieniecz, villa deserta sub eadem parochia praefati domini plezynensis, in qua est scultetia, de qua datur decima manipularis ecclesiae in Mysłowice, quam tollit minister. Siedlecz, villa sub parochia in Mysłowice, cuius proprietas ad t.l. Jarocki pertinet, in qua sunt lanei 15, de quibus datur decima manipularis ad Czeladz. Item est praedium militare, de quibus (!) decima manipularis ecclesiae in Mysłowice. Item in eadem villa plebanus in Mysłowice habet tabernam propriam cum agris. Zagorze, villa sub eadem parochia, cuius haeres Joannes Zagorski et Jarocki, in qua sunt 15 lanei, de quibus solvitur decima manipularis ad Czeladz. Item praedia militaria habentia sufficientes agros, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Mysłowice. Klimontow, villa sub parochia de Mysłowice, cuius proprietas pertinet ad Jarocki, in qua sunt 16 lanei, de quibus solvitur decima. Item est ibi scultetia, de qua conducitur decima manipularis in Mysłowice. Pogonia, villa sub parochia de Mysłowice, in qua sunt 7 lanei et de quolibet laneo datur per 8 grossos pol. ratione decimae plebano in Mysłowice. Item est ibi scultetia, de qua datur decima manipularis plebano in Mysłowice et hortulanus 1 solvunt per 4 grossos eidem. Porąbka, villa sub parochia de Mysłowice, item est ibi scultetia cum agris, de quibus datur decima manipularis ad Mysłowice. Villae parochiales: oppidum Mysłowice, villae Brzezinka, Brzeczowice, Koziniecz, Rozdzien, Zagorze, Siedlecz, Klimontow, Pogonia et Porąbka, de quibus omnibus omnibus et singulis datur columbatio et denarium s. Petri, quilibet hospes per 1 grossum et inquilinus per medium grossum. Extra parochiam proventus: Woykowice Komorne, villa sub parochia de Siewior, prout supra sub eadem parochia in libris ecclesiae latius continetur, ubi inter cetera est scultetia habens 2 laneos liberos, 1 molendinum et hortulanium, de quibus solvitur manipularis decima ecclesiae in Mysłowice. Pienczyce, villa sub parochia de Luborzyce, cuius haeres Janussius Kosmirowski, in qua sunt lanei, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Luborzyce. Item praedium, habens agros, tabernam et hortulanos, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Mysłowice. Goszczyce, villa sub parochia de Luborzyce, cuius proprietas spectat ad t.l. Hedwigem de Janczyn, consortem t.l. Petri Opaliński, in qua sunt lanei, de quibus datur decima manipularis pro canonicatu Cracoviensi. Item est ibi 1 notabile praedium, habens tabernam et hortulanos, de quibus omnibus datur decima manipularis ecclesiae in Mysłowice. Banwałowice, villa sub eadem parochia Luborzyce, cuius haeres praefata t.l. Hedwigis, in qua sunt lanei, de quibus datur decima manipularis. Item praedium egregium, quod habet agros notabiles, tabernam et hortulanos, de quibus et agris desertis eiusdem praedii datur decima manipularis ad Mysłowice. Cuius quidem ecclesiae parochialis in Mysłowice sunt patroni t.l. Alexius Tarzo, modernus haeres psczynensis, primus collator de Mysłowice, t.l. Jarocki de Siedlec, Pogonia et Klimontow secundus, III t.l. Zagorski de Zagorze,

IV tł. Hedwigis Opalinska de Goszyce, Banwałowice et V tł. Janussius Kosmirowski de Kosmirow, haeres. Item praefata ecclesia in Mysłowice et eius rector habet 3 laneos seu mansos agrorum et 2 prata, unum circa laneos et alium magnum penes mericam suam propriam. Item habet fluvium Przemsza cum utraque ripa per totani hereditatem villae Siedlec et oppidi Mysłowice. Item 2 piscinas egregias. Insuper habet 4 hortos satis amplios. Iste suprascriptus proventus ecclesiam mysłowicensem concernens ex Libris Beneficiorum est desumptus et hic connotatus. Item habet haec ecclesia mysłowicensis census annuos reemptionsales, primus 42 imperialium monetae et numeri in Sylesia currentium, in quemlibet imperialem 36 grossos computando in grossum 12 numismata vulgo Chalery, pro summa capitali 70 imperialium eiusdem numeri et monetae per tł. Catharinam Kozłowna de Gorzkrew Salamonowna tł. olim Nicolai Salamon in Mysłowice haeredis consortem derelictam viduam super bonis Kuznica Bogucka, villis Kontowice et Brwinowa de a. 1614 die 16 IX iuxta morem et praxim Sylesiae recognitum. Secundum 48 florenorum similium per tł. Georgium de Jaroszyn Jarocki et Susannam de Przeczławice Krupczonka coniuges legitimos sortium suarum in villa Pogonia haeredes super iisdem sortibus suis coram actis castrensisibus seweriensibus feria IV post dominicam sexagesima proxima a. 1678. Tertium unius floreni pol. grossorum 6 pro summa capitali 20 fl. similium per tł. Reginam Tracimecka, civem mysłowicensem super horto inter fundos mysłowicenses versus capellam s. Crucis iacente coram actis consularibus mysłowicencibus a. 1679 die 27 IV. Quartum 6 fl. pol. pro summa capitali 100 fl. similium per tł. Reginam Gellerowska super quarta parte agit Zabelinska antiquitus ad praesens Syguloska dicta de a. 1680, die 29 III. Quintum 3 fl. grossorum 18 pro summa capitali 60 fl. pol. per tł. Valentinum Januszewicz alias Wolnik, civem mysłowicensem super agris Stysiowskie dictis a. 1681, die 21 II. Sextum 1 fl. grossorum 18 pro summa capitali 60 fl. pol. per tł. Bartholomaeum Ciapała, civem mysłowicensem super agro possessionis ipsius inter agros Piwowskie ex una et Gaspari Mroczek parte ab altera iacente a. 1681, die 16 IX. Septimum fl. 2 grossorum 12 pro summa 40 fl. per tł. Joachimum Madry alias Kowal, civem mysłowicensem super bonis suis horto, prato, domo a. 1682, die 10 VII. Octava 3 fl. grossorum 12 pro summa 60 fl. per tł. Franciscum Gradziel, civem mysłowicensem super quarta parte agri Zabolinska dicti a. 1682, 15 XII. Nonum 6 fl. pol. pro summa 100 fl. similium a tł. Paulo Tabak confraternitati s. Annae in ecclesia mysłowicensi fundata legata et per tł. Hyacinthum Janik et Reginam coniuges cives mysłowicenses super quarta parte agri Zabelinska dicti a. 1683 die 30 VII coram actis civilibus mysłowicencibus assecurata. Decimum 5 fl. grossorum 12 pro summa 90 fl. pol. per tł. Joannem Wydrich super quarta parte agri a. 1684 die 26 IV. Undecimum 2 fl. pol. census terragii ex fundo ecclesiastico mysłowicensi, in quo tł. Matheus Polak, incola mysłowicensis et Anna coniuges domum sibi aedificaverunt provenienti a. 1684, die 2 VII per eundem tł. Polak solvi assecurati. Duodecimum 95 fl. pol. pro summa capitali 1500 similium fl. per tł. Martinum a Miroszow Miroszowski bonorum certae sortis in villa Pogonia in ducatu seweriensi consistentis. Super eadem sorte coram actis castrensisibus Cracoviis feria VI in vigilia s. Matthiae apostoli a. 1691. Tertium decimum census fl. pecuniae polonialis monetae argenteae pro summa capitali 2000 fl. per tł. Laurentium Kilian, bonorum villae Boguchwałowice haeredem super iisdem bonis in ducatu seweriensi consistentibus coram actis castrensisibus seweriensibus feria III post festum s. Petri Vinculati, proxima a. 1692. Quartum decimum 60 fl. pol. argenteae monetae et numeri in Regno currentis pro summa 1000 fl. similium per tł. Michaellem Poniowski sortium suarum in villis Sasznów et Piegów in ducatu seweriensi consistentium, haeredem super iisdem sortibus coram actis castrensisibus seweriensibus sabbatho post festum Translationis Christi Domini proximo a. 1698. Quintum decimum 6 fl. pol. pro summa capitali 100 fl. similium per tł. Bartholomaeum Gemborski et Annam coniuges, cives mysłowicenses super quarta parte agri in campis Kozina dictis iacente coram actis civi-

libus Mysłowice a. 1693, 1 XII. Sextum decimum 24 fl. pol. pro summa 400 fl. similibus per tl. Gregorium Kopinski viceadvocatum, Andream Pancikowic consulem, cives czeladienses super omnibus bonis possessionis ipsorum, tam agris quam domibus in oppido Czeladz iacentibus coram actis consularibus czeladiensibus a. currenti 1694, die 10 II assecuratis pro ecclesia, parochiaii mysłowicensi factos et recogniti.

Rector seu praepositus huius ecclesiae parochialis mysłowicensis tl. Antonius de Miroszow Miroszowski, qui tempore visitationis modernae praesens non fuit ob legalitatem protunc publicam, nimirum quod sit ad Tribunal Regni a tl. capitulo cracoviensi deputatus, ob quam rationem non potuimus habere plenam et sufficientem informationem de statu huius ecclesiae, attamen quae nobis obviam venerunt annotavimus. Nimirum habet pro residentia domum cum atrio, in quo est hypocaustum maius, alterum minus et tertium, quae sunt commoda, bene disposita et scandalis tecta. Item aliam domum habet pro familia cum hypocausto et cameris distinctam, scandulis tectam, item hollodia, granarium, braxatorium, stabula pro equis, pecoribus, pecudibus et alia aedificia necessaria. Praenominatus tl. praepositus debet fovere ad hanc ecclesiam manuales mansionarios presbyteros pro decantando cursu BMV et pro administranda cura animarum, ad praesens unum tantum vicarium fovet, videlicet tl. Stanislaum Szczudłowic, annorum 32, qui ordinatus ad presbyteratum a. 1712, sabbatho quattuor temporum post festum s. Michaelis, quae fuit dies 24 IX. Applicationem et approbationem produxit. Habet residentiam ligneam cum atrio, in quo sunt 2 hypocausta cum cameris etiam pro altero presbytero, scilicet mansionario commoda, qui vicarius salariatur per tl. praepositum annuatim iuxta conventionem. Isdem tl. vicarius solet decantare cursum de BMV cum aliis ministris ecclesiae, videlicet campanatore, qui vices cantoris agit et scholirega, quos fovet tl. praepositus et salariat eosdem iuxta conventionem. Ordinarium cantorem non fovet. Ad hanc ecclesiam mysłowicensem iure parochiaii spectant villae hae pro administratione sacramentorum: oppidum Mysłowice, Brzezinka, Brzeczkwice, Koziniech, Szypienice, Rozdzien, Zagorze, Siedlec, Klimontow, Pogonia. Ad confessionem paschalem, quot numerantur personae, non datur. Scientiae ob rationem iam superius allegatam absentiae tl. praepositi. Item est praebenda ab antiquo in ecclesia mysłowicensi fundata, tituli ss. Philippi et Jacobi, collationis eiusdem oppidi haeredis et praepositi mysłowicensis pro tempore existentis. Habet pro dote summam capitalem 330 aureorum ungaricalium in specie alias summam 4000 fl. monetae ad praesens currentis, efficientem super bonis Małobacz in ducatu seweriensi inscriptam et assecuratam, a qua annuatim census percipit 20 aureos ungaricos in specie. Item habet respectu decantationis s. Rosarii uti capellanus 15 tl. monetae in Sylesia currentis, quos percipit ab haerede in Mysłowice. Habet et aliam dotem ab antiquo, prout in Libro Beneficiorum reperitur in hunc modum: Praebenda in Mysłowice in honorem ss. Philippi et Jacobi apostolorum per haeredem et plebanum de Mysłowice fundata, pro cuius fundatione tl. plebanus dedit et donavit hortulanium suam propriam, in qua aedificata est domus praebendarii et 1 lanium agri cum pratis et 3 piscinis, et d. haeres de Mysłowice dedit et donavit similiter 1 lanium seu mansum agri et 3 piscinas, insuper idem tl. Mysłowski eidem praebendario pro tempore existenti locum aedificandi molendinum pro sua utilitate in piscina magna in villa Rozdzien sit. Qui quidem praebendarius tenetur singulis septimanis in ecclesia praefata in Mysłowice 2 missas absolvere, insuper tenetur festo quolibet celebri esse in ecclesia et interesse thurificationibus ac cum tl. plebano cantare psalmodium in vespere et matutinis sub privatione panis et vini ab ecclesia praedicta. Cuius praebendae collatores et patroni tl. plebanus pro tempore existens et tl. haeres in Mysłowice. Praebendarius modernus seu capellanus est tl. Michael Prusinski, qui etiam habet pro residentia sui domum commodum ligneam, sed tempore visitationis modernae non fuit praesens, propterea sufficientes informationes de requisitis, necessariis eundem concernentibus non potuimus habere.

Hospitale in oppido Mysłowice ligneum ex opposito coemeterii ecclesiae scandulis tectum cum atrio, in quo est hypocaustum unum, sed asseribus transeptum, in quo manent pauperes, in una parte mares, in altera feminae. Ibidem sunt 2 camerae sub uno eodemque tecto, in quibus manent inquilini alias Komornicy, quorum unus labores praestat hebdomadatim tl. praeposito. Alter vero solvit annuatim eidem per fl. 12, sed isti inquilini abusive et cum praeiudicio pauperum manent. Insuper in fundo hospitalis domus pro 2 mansionariis presbyteris, qui circa ecclesiam foveri debent, extracta et aedificata est, praesumitur quod non sine praeiudicio hospitalis pauperum. Proventus hospitalis, qui tam ex relationibus, quam ex antiquo inventario provisorum eiusdem hospitalis patent. Primo ex domibus Lesczynskiego fl. 18, ex altera Golkowskiego, quam ad praesens inhabitant tl. vicarii, nihil percipit hospitale. Item ex tertia domo Marci Rybaka debentur fl. 2. Ex agro oppidaneo, qui spectat ad hospitale za Kwiatczykiem iacente 2 fl., ex prato hospitalis et sylva eiusdem fl. 6, item ex agro Krokowska dicto, quem ad praesens iudaeus subarendat fl. 6, ex agro Szygułowska flor. 6, ex bonis aliis na statku Niedbałowskim dictis, ex quibus debentur fl. 12 ad hospitale, nihil pauperes percipiunt nec ad praesens percipiunt. Item de fluvio sive ripa ad hospitale spectante non solvuntur fl. 1, grossorum 6. Item a Martino Pomłóza, Bartholomaeo Przetacznik, Martino Biały, qui vaccas hospitale concernentes tenent, ab una quoque debentur annuatim grossi 24, nec hos percipit hospitale. Item ex hypocaustis 2 in eodem hospitali pro commoditate pauperum extractis, videlicet 1 hypocaustum pro infirmis pauperibus, alterum pro conservatione supellectili sive quarumvis rerum a pauperibus depositarum, quae hypocausta cum evidenti iniuria pauperum occupant 2 inquilini, quorum 1 praestat labores septimanatim tl. praeposito, alter solvit eidem praeposito pro laboribus et exinde pauperes nullum percipiunt fructum. Item ex fundatione Rosarii iuxta erectionem debentur pauperibus annuatim floreni 50, quos non percipiunt. Item ex domo iam superius Golkowskiego nominata, quam tl. vicarii occupant et haec praecise ad hospitale spectat, debentur pauperibus fl. 10, quos non percipiunt. Item 5 pauperes feminae in hospitali manere et ibi vitam suam finire volentes, quae respectu ingressus ad idem hospitale singulae per 1 vaccam hospitali dederunt, sed hae vaccae in partem praepositi sunt acceptae, de quarum usufructu pauperes supradicti hospitalis nihil participiunt. Sub hac parochia myslowicensi tam in oppido, quam extra oppidum reperiuntur multi iudaei, qui fovent catholicos tam famulos, quam ad labores domesticos.

Ordinatio pro ecclesia paTochiali myslowicensi: Anxia pastoralis, sollicitudo tl. principis-episcopi cracoviensis, ducis Severiae, ordinavit et commisit temutati nostrae onerosum satis visitationis ministerium, utpote vigorem observantiae pietatis zelum, salutis animarum atque disciplinam ecclesiam solerter ac opereose investigare cum impositione, ut ex agro Domini zyzania evellatur, lolium extirpetur ac selectum et purum triticum colligatur, morem gerendo votis et expectationi tl. Delegantis ecclesiam parochialem in bonis oppidi Mysłowice fundatum ex iniuncto officio visitavimus eidemque ecclesiae praeesse tl. Antonium de Miroszow Miroszowski canonicum Cracoviensem, praepositum in Siewierz, interea in Tribunali Regni iudicis deputati munere laudabiliter fungentur ac propterea licet absentem comperimus. Nihilominus locum tenenti tl. commendarlo puncta ad observandum et exequendum infrascripta demandavimus et moniumus, quatenus ciborium decentius adornet, seramento fortiori claudat, ad pixidem in operculo eius crucem, ut moris est, apponat. Particulas sanctissimi Sacramenti quolibet octavo die renovet, lebetem baptisterii affabre contegat, mappas 3 in quolibet altarium pro celebrandis missis iuxta praescriptum ritualis ecclesiae superimponat, gradus ad introitum ecclesiae sub turri obviando periculo cuivis laptus hominum omni tempore signanter sub processionebus reparat vel potius extruat. Defectus inventarii supleat, utpote calcem argenteum et urceolum in registro ecclesiae connotata et non reperta procurat. Tabulam obligationum more consueto aliarum ecclesiarum conscribat et in sacrario parietis

affigat, iisdem obligationibus, ne fraudentur fundationes, satisfaciat. Confessionalia bina restauret, ad unum illorum oppositum ambonae scabella pro commo-
 diori genuflexione penitentium apponat, in altero vero confessionali craticulam
 consuetam extruat, mansionarios pro decantatione cursus BMV iuxta ordinatio-
 nem fundationis foveat, taliterque obligationi eo nomine impositae satisfaciat.
 Domunculas pro residentiis ministrorum ecclesiae, videlicet pro organarło, can-
 tore et campanatore in loco et fundo ad hos usus ab antiquo designato, ad quem
 de iure spectat et pertinet, omnino reaedificari quamprimum curet. Ex domo
 scholari inquilinum amoveat et eandem domum usui scholae sine mora resti-
 tuat ad eum effectum, ut studio verba Tylicianae synodi — titulus de institutio-
 ne iuventutis — ministerio ecclesiae servientia neglecta ad scholas redeant
 et pubes recte instituantur. Quia iura ecclesiae in unam compagem describat, ma-
 triculas baptisatorum, copulatorum, mortuorum parochianorum novas com-
 paret, easdem a tempore institutionis et possessionis t. l. moderni praepositi omni-
 no enotet, pro communionem paschali nomina cognomina parochianorum con-
 scribat, rixas, iurgia, contentiones, vociferationes scandalosa in ecclesia divi-
 norum tempore officiorum inter ministros exoriri solitas prohibeat, modestiam,
 devotionem servare praecipiat, cum domum Dei omnis deceat sanctitudo,
 eosdemque scholiregas ad amplectendam sobrietatem, multa bona corporaliter-
 que stantem et respective ad ebrietatem morte crudeli corpus humanum con-
 sumentem abiiciendam moneat. Depactiones perniciosas inhibeat. Matrimonia
 nisi inter illos, qui missam audiverint, immediate post divina non alias nec aliter
 benedicat, si vero 2 insimul matrimonia concurrant, illi matrimonio benedictio-
 nem impartiat, qui primi benedictionem petitori advenerunt sive venient. Si
 vero rixas facerent et ebrii essent, illis benedictio tantisper denegetur, cum in
 omni sobrietate animi tranquillitate atque seria praeparatione sacramenta sunt re-
 verenter pertractanda. Extra oppidum Mysłowice prostat vestigium collapsae
 capellae s. Crucis et in illo loco conspicitur hucusque mensa murata, quae ut
 indilate dissolvatur, sine more demoliatur praesenti decreta serio praecipimus.
 Praeterea corpora fidelium defunctorum ibidem sepulta, quatenus sepimento
 aliquo antiquum coemeterium circumdetur et figura Christi Crucifixi ponatur
 monemus. Pauperes in hospitali manentes praeposito loci obediunt eiusque
 stent monitis et mandatis, iidem die dominica uniuscuiusque mense peccata sua
 confessi communicent, singulis diebus orent pro benefactoribus, sacrosanctae
 missae sacrificio, qui possunt, adsint. Mendicantes validi ibidem non foveantur,
 debiles sensa confecti ad labores non necessitentur. Ab inquilinis hospitale in-
 habitantibus census conductitius inter pauperes distribuatur et in alios usus
 convertatur, eosdem pauperes propter senium vel debilitatem corporis laborare
 nec officia exercere valentes, ex oppido nativos sive advenas ad eundem
 locum hospitalis sine ulla depactione et exactione suscipere praecipimus, si
 vero quid sponte oblatum esset, pro communi sustentatione convertatur, po-
 tissimum si vacca offerretur, talis vacca ne aliquando depereat, omnino sub
 restitutione et de proprio alterius emptione iniungitur, ne aliquo modo pa-
 trimonium Christi et pauperum imminuatur. Iudaei, quia in spreum et villi-
 pendium iurium decretorum et ordinationum dominicis diebus et festis braxatio-
 nes cremati et cerevisiae legibus Regni prohibitas exercent, catholicos et
 signanter mulieres ad obsequia sua foveat, ne amplius huiusmodi abusus, scan-
 daia et contraventiones eveniant, t. l. praeposito recommendatur, praemissa ne
 amplius permittantur. Quia vero ultra huiusmodi conniventiam, dissimulationem
 quidam iudaeus in reprobum sensum datus, non attenta formidine poenarum
 in legibus Regni descriptarum 2 feminas catholicas carnaliter cognovit, easdem
 impregnavit, idcirco vindicatio tam enormis criminis in foro fori t. l. praeposito
 serio commendatur, ne ulter a tergo Deus enormitatem tanti delicti ulciscatur
 in tota parochia. Casimirus Hołota, parochianus ecclesiae mysłowicensis, mulie-
 rem impregnatam amoveat, eiiciat, expellat, uxori legitimae cohabitare, pro-
 les adulterina investigetur et in foro fori vindicetur. Thomas Bieczyk, textor,

Jacobus Smeйда, Joannes Warchoł, parochiani iuratae fidei matrimonialis transgressores uxoribus suis non cohabitantes, omni possibili modo ad indissolubiles foederis nexus etiam via iuris et processis obligentur et obstringantur. Et quoniam pessima consuetudo in hac parochia irrepsit, quod frequenter neopsoni antequam spiritualiter benedicantur, per commercium illicitum carnale sese cognoscant, ideo t. praepositus hanc corruptelam nimis vitiosam, scandalosam, iram Dei provocantem omnino tollat, corrigat, et apud directos dominos ultra medicinam spiritualem pro puniendis huiusmodi vitiis et peccatis eradicandis omnino instet. In hac ecclesia mysłowicensi fundata est praebenda tituli ss. Philippi et Jacobi, cuius possessor est t. Michael Pruszyński. Huius praebendarii fundatio, dos et respective onera sufficienter non describuntur, ideo quia circa praesentem visitationem non comparuit, de praemissis non docuit, itaque ut intra mensem ab intimatione praesentis ordinationis officio Curiae suae t. Celsitudinis sive ipsius iudicis generalis delegati iura et documenta quae vis necessaria ad huiusmodi praebendam spectantia producat, eidem praebendario iniungitur. Iam vero t. commendario et locum tenenti t. Miroszowski praeposito mysłowicensi demandatur, quatenus praesentem ordinationem in futura decanali congregatione ad effectum doctionis, num eidem decreto sit satisfactum, praesentet, illudque producere non omittat.

Bogucice. 9 XI 1720

In hac villa est ecclesia parochialis lignea tituli s. Stephani Protomartyris et s. Dorotheae virginis et martyris. De consecratione eiusque ecclesiae non constat, diem tamen anniversariam dedicationis observant dominicam II post Pascha. Iurispatronatus t. haereditis villae t. Miroszowski. In hac ecclesia sunt 3 altaria: maius lignum, habens mensam muratam cum portatili, in quo locatum est ciborium decenter extractum et picturis adornatum cum bona clausura. Continet in se pixidem argenteam, in qua conservatur sanctissimum Sacramentum. Expositiones et processiones diebus solemnioribus, utpote pro festo Paschalis et intra octavam Corporis Christi. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae situs, bene clausus, continens in se pelvim aeneam pro conservanda aqua lustrali benedicta, oleis sacris mixta. Piscina pro asservatis stropholis a baptisatis ad gradus eiusdem fontis reperitur. Olea sacra in vasis simpliciter iunctis stanneis in armariolo parieti affixo et bene proviso conservantur. Altaria collateralia: I lignum ex parte picturis adornatum, continens in se imaginem s. Annae. Habet mensam ligneam cum portatili. II altare ex altera parte similiter lignum, picturis adornatum, in quo est imago ss. Trinitatis. Suggestus ligneus decenter extractus parieti ecclesiae affixus et picturis adornatus. Sacrarium lignum, foribus bene provisus, claustro et sera pensili fortiter clauditur, in quo est mensa cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica, turn et scrinium pro argentea suppellectili bene provisum et seramentis clausum. Confessionale in ecclesia lignum. Chorus pro cantore ligneus parieti affixus, vocum 5 organum alias pozytyw locatum, picturis adornatum. Scamma in ecclesia bene locata. Labrum ad fores ecclesiae pro aqua benedicta. Pavimentimi asseribus stratum, tabulatum depictum. Haec ecclesia habet ostia bina, unum cum sera pensili et fulcro, alterum sera pensili et claustro cum porticu clauditur. Est etiam campanile lignum, scandulis sicut et ecclesia tectum, in quo sunt campanae 2, tertia, quae est in turricula supra mediam ecclesiam alias signatura. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, maiori ex parte indiget reparatione, scandulis tectum prout et ossarium. Est etiam capella non procul ab ecclesia ab antiquo aedificata tituli Visitationis BMV, lignea et scandulis tecta, intus picturis ornata, de consecratione eiusdem non constat, tamen anniversarium dedicationis diem observant dominicam V post Pascha. In hac ecclesia sunt altaria 3, maius lignum decenter extractum, necdum picturis adornatum, continens in se BMV Częstochoviensis imaginem, mensam habet muratam cum portatili, in qua etiam est

ciborium ligneum bene clausum, sed ibi non asservatur sanctissimum Sacramentum praeter tempus indulgentiarum. Alterum collaterale ligneum, in quo est imago assumptionis BMV, habens mensam ligneam cum portatili. III ex altera parte ligneum, continens in se imaginem s. Mathaei apostoli. Habet mensam ligneam cum portatili. Suggestus ligneus parieti affixus antiquae formae. Pavimentum asseribus stratum et tabulati picturis adornatum. Chorus pro cantore ligneus, in quo stat organum alias pozytyw vocum 8. Sacrarium ligneum, parvum, foribus bene provisus et sera pensili bene clauditur, in quo est fenestra parva et mensa simplex, sed ibi nulla asservatur supellex, nisi in parochiali ecclesia, nec fons baptismalis, nec olea sacra ibi sunt. Ex quo in eadem capella sacramenta non administrantur, nisi tempore indulgentiarum, quas habuerat pro festo Visitationis BMV, sed modo iam expirant. Haec ecclesia sive capella foribus bene provisus, claustro et sera pensili clauditur. Fenestras habet integras et turrulam in medio tecti supra ecclesiam, ligneam, in qua est campanula alias signatura. Coemeterium circa hanc capellam sepimentis ligneis circumductum, scandulis tectis cum porta, quae Claudi solet. Proventus sive reditus ecclesiae parochialis bogucicensis: Haec ecclesia habet pro dote agrum paris longitudinis et latitudinis in forma quadrati post capellam BMV sub titulo Elisabeth visitantis, iacentem penes viam in Milowice currentem, longitudinis 8 stadiorum, latitudinis vero quoad seminandum multo minoris, quia reliquum virgultis per modum sylvae obductum pro pascendis pecoribus accomodatum. Item habet eadem ecclesia ex altera parte villae laneolum agri longitudinis 7 stadiorum, latitudinis 20 sulcorum, quem laneolum quoad usumfructum scholae rector possidet in vim salarii annualis. Habet etiam pratum circa limites proprii fundi. Item habet hortulanos 4 in suo proprio fundo aedificatos et 2 aedituos vulgo chałupniki recenter constitutos. Item habet piscinas 2, quarum una parva est in ipsa villa ante domum parochialem, altera vero maior in fluvio antiquitus dicto Rodzianka, vocaturque Starowojciechowski post villam Bogucice feno colligendo et comparando apta. Item habet missalium ex 2 villis, nempe ex Bogucice 12 metretas siliginis, totidemque avenae, ubi singuli cmethones mediam metretam siliginis mediamque avenae tradere tenentur, reliquum ex praedio eiusdem villae ratione agrorum cmethonalium antiquitus praedio annexorum percipitur. In villa vero Zalere (!) nuncupata percipit 8 metretas siliginis, totidemque avenae a singulis cmethonibus media metreta siliginis, mediaque avenae, ex scultetia 1 metreta prout et ex fundo vulgo Gradzielowski, qui fundus praedio eiusque villae nunc cum quibusdam cmethonalibus annexus extrahit ecclesiae secundum proportionem agrorum annexorum. Item percipiebat olim parochus a magistro officinae ferri in Bogucice metretam siliginis et alteram avenae, nunc vero loco huius percipit decimam manipulem et quidem iam ab anno 1617 ex 2 laneis versus villam bogucicensem iacentibus, fundatis a tl. olim Hedwigi Kanieska, obligando quolibet mense 4 sacra absolvere in capella tituli BMV, semel de BMV, altera vice pro defunctis et sic per consequens et insuper quolibet festo BMV commemorationem facere vivorum mortuorumque, quae fundatio nondum est approbata a tl. loci Ordinario ob assignatam commissionem et revisionem agrorum. Item habet parochus hortos 2. Item habet decimam manipulem ex reliquis agris praedialibus haeredum et possessorum officinae ferri Bogucice et Brusinow iam ab a. 1664 in possessionem redactam. Item a singulis quasi cmethonibus villarum Bogucice, Załęże et Katowice pro strena percipit parochus annuatim grossos 12 in vim missalium. Ex Libro quoque Beneficiorum Retaxa - tionum pro ecclesia eadem in Bogucice habet censum de taberna, ibidem habuit molendinam, sed haeres vi ademit, attamen de hoc molendino percipit plebanus annuatim 1 metretam farinae albae cum 1 marca latorum grossorum bohemicorum et insuper 2 gallos pro festo Nativitatis Domini. Haec pensio non potuit ab haerede adimi ob claram fundationem per nobiles olim Adamum et Joannem, fratres germanos, haeredes in Mysłowice a. 1414 factam. Hoc privilegium fundationis per extractum tl. Capituli sub Luca Groblicki notario publico a. 1629

sigilloque tl. Capituli **communitum**, cum alias munimentis **asservatur** penes ecclesiam in Bogucice. Reditus supradictae capellae: Habet **fundationem** alias **widerkoff** de 100 tl., **proveniens** a tl. olim **Catharina Salamonowa** **inscriptam** in bonis Katowice et **Brwinow** sub a. 1614 die 16 IX factam. Pro hac **fundatione** obligatur quoque **plebanus** pro tempore existens in mense 2 **missas** absolvere de festo **Visitationis BMV** in praedicta capella diebus nimirum **sabbathivis** et post quodlibet **quartuale** tenetur 1 **missam** celebrare pro defunctis. Rector sive **parochus** ecclesiae **parochialis bogucicensis** tl. **Matthias Niesporkowic**, annorum 65, **ordinatus** pro **presbyteratu** a. 1696 **sabbatho quattuor temporum** post, **pentecostes**, quae fuit dies 16 VI, per tl. **Stanislaum Szembek**, **episcopum Dionysiensem**, **suffraganeum Cracoviensem**, **institutus** ad **hanc ecclesiam** 1704. **Approbationem** produxit. Pro **residentia** habet **domum plebanalem** **ligneam**, **scandulis tectam** **cum atrio**, in quo **hypocaustum** habet pro se **cum cubiculo commodum**. Item ex altera parte **hypocaustum** pro familia **domestica** et **culinam** in atrio. Habet etiam **hollodia**, **granarium** **cum camera** **parva**, **stabula** pro **equis**, **pecoribus** et **pecudibus**. **Fovet organarium**, qui **simul officium cantoris** agit, qui habet **domum** pro **mansione** sua **cum cameris** **commodam** et **cum horto**, **salariata** **per tl.** **parochum** et **parochianos** **iuxta conventionem**. Ad **reparationem** **tam ecclesiae** **quam capellae**, **domus plebanalis**, **mansionis organarfi** et **sepimentorum** tenentur **parochiani**. Ad **hanc ecclesiam** **iure parochiali** **spectant villae** **hae**: **Bogucice**, **Katowice**, **Załęże**, **Dąbrowka**, **Brwinow**, **Chada Dąbrowa**, ex quibus pro **confessione paschali** **numerantur** **personae** 400 vel plus. **Iudaei** sub **hac parochia** **inveniuntur** 2 **cum uxoribus** et **liberis**.

Ordinatio pro **ecclesia parochiali** in **Bogucice**: **Quoniam** **legatione** **hactenus** **fungimus** **ad eos**, qui **saluti** **animarum** **praesunt** et **obligati** **sumus** **de vita** et **moribus** **parochorum** et **parochianorum** **seriam inquisitionem** et **rigorosum scrutinium** **expedire**. **Proinde** et **oneri** **imposito** et **expectationi** **animitus** **respondendo** **tl. Matthiae Niesporkowic**, **parochus bogucicensis** **sequentem ordinationem** **damus** et **mandamus**, **quatenus** **christianae perfectionis** **fundamentum** **orthodoxam fidem**, **ipsiusque salutifera dogmata**, **nimirum doctrinam** **Christianam**, **quae** **vocat** **Catechismus**, **matutino tempore dominicis** et **festivis diebus** **semper superpelliceo indutus**, **stola ornatus**, **prudenter** et in **omni** **charitate** **absque ulla impetuositate** **parochianis** **suis exponat**, **explanet**, **eisdemque** **in rudimentis fidei** **instruat** et **instituat** et **ut huius doctrinae** **scopus** et **fructus** **consequatur**, **iidemque parochiani** **spirituale** **animarum** **lucrum percipiant**, **eisdem parochianos** **de fructibus catechesis** **clara voce** **distincte** et **intelligibiliter** **examinet**, **sacrum matrimonium** **nullum** **benedicat** **nisi prius neosponsi contractai** **inter se** **matrimonium** **requisita fidei**, **inter quae oratio dominica** et **salutatio angelica** **BMV**, **symbolum apostolorum**, **potiorem** **obtinent locum** **aliaque mysteria fidei** **scitu necessaria** **bene addiscant**. **Coemeterium** **asseritium** **reparari** **curet**, **tabellas** **a parte inferiori** **imaginis** **BMV Gloriosae** **ad instar votorum** **depictas** et **deargentatas** **deieri** **faciat** et **hunc locum**, in quo **huiusmodi tabellae** **sunt expressae**, **colore aequali**, **ut est depicta ipsamet imago** **BMV** **depingi** **curet** et **similes picturatas**, **tabellas** **amplius nunquam** **exprimare** **permittat**. **Ipsum** **oderatas** **animi** **passiones** **refrenet**, **utpote impetuositates**, **percussiones**, **iurgia**, **rixas**, **contentiones** **statui** **saeculari**, **multo magis** **sacerdotali** et **rectorali** **summe** **pernitiosos** **refugiat**, **evitet**, **nimio usui** **cremati** **non indulgeat**, in **administratione sacramentorum** **praecipue** **circa infirmos** **diligentiorum**, **promptiorum** **atque magis** **charitativum** **se exhibeat**, **tum** **modestius** et **accuratius** **se gerat**, **ab extorsionibus**, **depactionibus** **praesertim** **a sepulturis** **benedictionibusque** **matrimoniorum** **aliisque sacramentalibus** **omnino** **abstineat**, **sed** **moderatione** **accidentium** **pro**, **singulis ecclesiis** **parochialibus** **ex cancellarfi** **tl.** **Principis** **edita** **sit** **contentus**. **Tempore** **strenae**, **visitando** **domos parochianorum**, **eisdemque** **benedictionem** **coelestem** **imparti** **endo** **cum modestia** **sacerdotali** **huiusmodi** **strenam** **absolvat**, **ex articulis fidei** **signanter** **iuvenes** **examinet** et **eisdem** **doceat**. **Ad extremum** **renovationem** **sanctissimi Sacramenti** **octavo** **quolibet die** **semper** **faciet**, **huius-**

modique renovationis memoriam in tabella ad hunc effectum constituenda adnotet. Tantumque ordinationem nostram in futuro Deo dante decanali conventu praesentare pro satisfactione non intermittat.

Charzow. 10 XI 1120

Haec villa haereditatis monasterii Miechoviensis Canonorum Regularium Custodum Sepulchri Christi Hierosolymitani habet ecclesiam parochialem tituli s. Mariae Magdalenaë, in qua ciborium ligneum decenter extractum, picturis adornatum in mensa maioris altaris locatum bene et firmiter clausum, continens in se pixidem argenteam, in qua sanctissimum Sacramentum supposito corporali conservato. Processiones fiunt cum Sanctissimo diebus solemnioribus respectu confraternitatis s. Rosarii et indulgentiarum. Reliquiae reperiuntur in 2 cistulis ligneis, vitro clausis in maiori altari exposita. Fons baptismalis ex lapide integro, decenter elaboratus in capella s. Joannis ad parietem ecclesiae situatus, operculo tectus, fulcro ferreo et sera pensili clausus, in quo est pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali benedicta et oleis sacris mixta. Ibidem piscina pro conservandis stropholis a baptistis invenitur. Olea sacra in vasis stanneis in armario parieti affixo servantur. Altaria: Maius ligneum decenter extractum ac variis coloribus adornatum, continens in se figuram sculpturam crucifixi Domini, mensam habet muratam, consecratam. II altare ligneum collaterale, picturis adornatum et inauratum, in quo est imago BMV Maioris, habens mensam muratam consecratam. III ex alia parte videlicet a parte epistolae est altare s. Lazari et Marthae sororis, ligneum, etiam picturis bene adornatum cum mensa murata et consecrata. Item est capella s. Joannis Baptistae forniceata, in qua est altare ligneum inauratum et picturis ornatum cum portatili. Pavimentum vero in hac capella lateritium. Sacrarium commodum ac firmum foribus ligneis bene claustro et seramentis provisus claudi solet, in quo sunt armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus coloribus adornatus, parieti ecclesiastico affixus. Chorus pro cantoribus ligneus superius parieti affixus et depictus, in quo est organum novo restauratum. Item est capella a parte australi sacri sepulchri, parieti ecclesiae adiuncta lignea, scandulis tecta, in qua est altare Depositionis de cruce Christi Domini satis culta et foribus bene clausa. Hoc altare mensam habet cum portatili. Item in coemeterio est altera capella, similiter parieti ecclesiae iuncta, in qua est figura Passionis Christi Domini, clauditur foribus craticulatis. Altare hoc mensam non habet. Ecclesia ipsa ex lapide octo murata, scandulis tecta, consecrata, diem anniversarium consecrationis observant dominicam I post festum s. Hedwigis. Chorus minor forniceus, maior ex asseribus tabulatum, decenter picturis adornatus. Pavimentum asseribus quercinis stratum. Confessionale ligneum in ecclesia et scamma bene disposita. Haec ecclesia habet confraternitatem s. Rosarii. Ipsamet ecclesia binis foribus, claustro et seramentis bene provisus cum porticu murato clauditur. In porticu intrando ecclesiam est labrum pro aqua benedicta. Eadem ecclesia habet turrim sibi adiacentem ab occidente, muratam, scandulis tectam. Item ab austro campanile ex lignis in coemeterio aedificatum, scandulis bene tectum, in quo sunt campanae appensae 3, una maior et satis ampla atque sonora. II noviter fusa, III minor, IV in turri minori supra mediam ecclesiam ad dandum Signum populo pro divinis. Coemeterium noviter circumseptum, scandulis tectum, portam habens ad claudendum. Ossarium etiam scandulis tectum. Dos sive reditus ecclesiae parochialis in Charzow. Habet pro dote parochus ex pagis 2 missalia, in Charzow a scultetis 4 per 2 modicos alias cwiertni bytomskich 2 et a venae 2. Cmethones vero in hoc pago sunt 21, qui solvunt missalia circa festum s. Martini per 1 modicum alias cwiertnie siliginis et totidem avenae. Semicmethones seu ubi vocant hortulani ecclesiastici per medium modium alias verteliones bythomiensis mensurae 2 et avenae totidem, per 2 pullos alias kapłony, tam sculteti quam cmethones, vulgo dicti siodłacy ad festa Nativitatis. De villa Dąb scultetus, qui tenet $\frac{1}{3}$ scultetiae, solvit siliginis modium et

medium alias 6 verteliones, 2 partes scultetiae cum aliquibus piscinis coemptae a pie defuncto Stanislao Lasicki ab iisdem scultetis de villa Dąb loco dictarum pensionum tenet ex $\frac{2}{3}$ factum praedium sat angustum in agris, per modernum vero praepositum de a. D. 1711 a fundamentis erectum, qui erigi curavit tam ipsam domum cum 2 hypocaustis et camera, quam caules granarium et hollodia, **omnia enim** reperii circa apprehensionem possessionis ad ut supra 1711 ruinata penitus et vetustate consumpta et totaliter inhabitabilia, turn et piscinam ab **immorabili** tempore horribilem, a. 1714 exepolivit manu operariorum germanorum expensis rhenensibus florenis 200 pro piscina. Cmethones vero Dębenses parcho charzowiensi numerati 10 solvunt missalia **modium** siliginis et 2 modios avenae. Circa confessionem paschalem solvunt Petralia per 1 bohemicum, prostrena 1, pro parcho alterum, pro vicario sculteti in duplo, charzowienses coloni pro decima solvunt per 2 bohemicos, prandialia vero fertones 17, unus fertio valet 6 bohemicos, Petralia uti et Dębenses solvunt totidem coloni de villa Charzow. Facit uterque **pagus** servitia tam praeposito uti domino, labores et census exiguos specificatos in **privilegiis**, quae omnia privilegia non tantum **ducum** Vladislai et Casimiri, sed etiam ordinationes conventus miechowiensis sive immediate in ipso capitulo factae, sive per commissiones deputatas. Consuetudines scripturae antiquae pertinentes ad eandem **fundationem**, transumptae ex originalibus in **thecam** pergamenam, **confirmatae** omnia ab tl. imperatore Rudolpho II **cum** obligatione successorum imperatorum et regum Bohemiae de dato in arce pragensi feria VI post memoriam Ascensionis Domini nostri Jesu Christi a. D. 1605 **cum** appensione sigilli imperatorii et subscriptione **manu** propria. Rector seu praepositus ecclesiae huius parochialis charzowiensis tl. Stanislaus Stępkowski, ordinis Canonicorum Regularium s. Sepulchri Christi Hierosolymitani de Duplici Cruce Rubea sub regula s. Augustini militantium conventus Miechowiensis per **eundem** conventum electus et praesentatus, per tl. Michaellem a Słupow Szembek, episcopum Paphensem, sufraganeum Cracoviensem die 6 X a. 1715 ad superscriptam ecclesiam institutus, annorum circiter 60. Fovet vicarium p. Benedictum Gumienski, eiusdem ordinis et **conventus** professum annorum 26 et ultra, approbationem produxit. Villae pertinent pro administranda cura **animarum** hae: Charzow et Dąb, ex quibus pro confessione paschali numerantur personae 410. Habet pro residentia domum **cum** 2 hypocaustis et camera atque atrio, ubi est culina, satis commodam, scandalum tectam, per modernum praepositum extractam, in qua etiam **manet** et vicarius. Turn etiam habet stabula pro equis, pecoribus et pecudibus, hollodia, granaria et alia. Aedificia bene extracta et conservata. Fovet organarium et **alios** ministros ecclesiae, quos salariat iuxta conventionem.

Ordatio pro ecclesia parochiali in Charzow. Ex statu et regimine **tam** in **spiritualibus**, quam temporalibus per tl. Stanislaum Stępkowski, s. Theologiae romanum doctorem, ordinis Canonici Custodum sacrosancti Sepulchri. Domini Hierosolymitani praepositurae et conventus generalis Miechowiensis professum, loci huius parochum, bene disposito atque ordinato inferimus. Quia isidem Stępkowski ecclesiae Dei praest, populumque parochianum in devotione et pietate **suaviter** et paterne gubernat, pro cuius ecclesiae ordinatione interea 4 nonnisi puncta infra posita ad observandum statuimus. Nimirum ut doctrina fidei seu **catechismus**, quem etiam antiquae commendant **reformationes**, singulis diebus dominicis et festis horis matutinis deambulando per interrogationes salutiferae proponatur et tradatur. Baptisterium in **eadem** ecclesia deterioratum **solidius**, firmitus et elegantius restauretur. Piscinula in gradu sive pede eiusdem baptisterii affabre adaptetur. Pavimentum in choro maiori quercinis asseribus stratum in aliquibus locis destructum fissuris scatens **pro maiori** commoditate populi per idem tabulatum incedentis sine mora **mellio**retur et reparatur. Caetera et **maiora** pro exigentia et necessitate loci tamquam conventus miechowiensis **patrimonialis** atque haereditarii per tl. parochum praestanda rectorali sollicitudini, curae, vigilantiae atque zelo commendantur et committuntur..

Hospitale extra portum Bythomiensem pertinens ad ecclesiam parochialem charzowiensem. Extra muros ante portam bythomiensem ad plateam, quae itur Cracoviam extat ecclesia lignea hospitalis sub titulo s. Spiritus ex una parte vetustate non quidem consumpta, sed pro **meliori** sorte materia ex aliqua parte parata ad **novam** aedificandam, in qua ecclesia sunt altaria 3. Maius tituli s. Spiritus lignum, **deauratum**, **mensam** habens **muratam**, consecratam, in qua locatum est ciborium lignum **cum** clausula bona, continens in se pixidem argenteam, in qua conservata sanctissimum Sacramentum propter necessitatem pauperum. II altare s. Trinitatis seu coronationis **BMV cum** altari portatili. III similiter lignum, tituli ss. discipulorum Lucae et Cheophae **cum** Christo peregrinante in **Emmaus**. Habet indulgentias pro feria II Paschae et Pentecostes a. 1719 die 16 VIII admittas. Pavimentum asseritum et tabulatum, picturis ornatum. Sacrarium **parvum** lignum, in quo est mensa **cum** armario pro asservanda supellectili et **apparatmentis** eiusque capellae, quae exigua reperitur, bene foribus provisus et seramentis, prout et ipsa capella clauditur. Haec capella scandulis tecta et in medio eiusdem campanula in turracula ad **dandam** Signum pro devotione populi. Coemeterium sepimentis ligneis septum ac scandulis **tectum cum** porta lignea. Ex opposito capellae domus hospitalis lignea, noviter extracta, in qua manent pauperes 6 proviorem habentes. Ipsum hospitale **circum** circa septum. Omnia sepimenta contacta scandulis novis. Item huic hospitali est domus adiacens pro residentia praepositi seu capellani lignea, commoda. Item aliquae domunculae similiter adiacentes pro framulitio ecclesiae seu capellae et hospitalis pauperum. Fundatio et dos huius hospitalis, ecclesiae sive capellae ipsius: Hoc hospitale fundatum una **cum** ecclesia primo per tl. ducem opolliensem Vladislaum de domo Piasta, qui inspectis beneficiis et servitiis tl. Henrici, praepositi et fratrum eius (uti sonat privilegium) dedit plenariam facultatem locandi 2 villas videlicet Charzow et Białobrzezie in ius theutonicum sub dato in Czeladz in die s. Joannis Baptistae ab incarnatione Domini 1257 nono calendis iunii post excidium et depopulationem per tartaros factam. Post locatas villas et erectum hospitale in pago Charzow Casimirus, filius eius, dux bythomiensis, volens ex solitario loco **vilagi**, transtulit idem hospitale et ecclesiam aedificavit seu potius capellam pro commoditate pauperum Bythomii, uti testantur antiquae scripturae, confirmavit **dotem** et pagos locatos libertibus donavit, auxit **dotem** scilicet 3 laneos inter agros oppidaneorum, qui divisi in 9 laneos alias kwarty, ex quibus iniuria **temporum** et grassante haeresi lutherana et calviniana deperditi, ex **iisdem** mensus et **medius** alias pułotry kwarty. Item molendinum tempore haeresum **avuesum**, de quo lis pendet cum tl. **comite** bythomiensi. Haec omnia donavit cum proprietate et dominio monasterio et hospitali, privilegiavit illudque fratribus religiosis sacri Sepulchri Dominici Hierosolymitani de Duplici Cruce sub regula s. Augustini militantium de domo Miechovia in regimen et gubernationem commisit de dato apud **Bythom** feria V post dominicam. Reminiscere calendis aprilis a. D. 1299 de consensu Joannis Muscatae, episcopi cracoviensis de anno 1300. Ecclesia saepenominata hospitalis habet intra altaria 3: Maius deauratum sub titulo s. Spiritus, ut supra iam descriptum. In **eodem** hospitali pauperes manentes providentur a provitore eiusque hospitalis per 3 **bohemicos** unusquisque in **septimana**, a parte datur **ex** pago seu praedio Charzowiensi, a praepositi certus numerus frumentorum pro pane et leguminibus. Habent **itidem** hortum pro oleribus et **pratium** adiacentem horto, distantem a via, quae ducit ab oriente versus pagum adiacentem Rozbark ad pratium contiguum fornacis lateritiae alias do Cegielnie, ex quo prato percipiunt feni currus circiter 6.1 **currum** provisor hospitalis percipit, qui exigit census aliquos locatos in fundis civium turn et nobilium **summa** capitalis, a qua census sunt perceptibiles talerorum syl. 1266 per 6 a cento. Intuitu quorum **proventuum** in eadem capella hospitali ex antiquo **usu** et consuetudine **celebrantur** 2 **missae** in septimana, una pro peccatis, altera de Passione Domini, **partim** per **ipsum** praepositum, **partim** per capellanum **punctualiter** et sacramenta pauperibus in eodem hospitali degentibus **admini-**

strantur. Rector sive praepositus huius hospitalis is idem est, qui et charzowien-
sis parochus nunc et pro tempore existens.

Ordinato pro capella hospitalis in Bythom: Scienti et sponte sua omnia facien-
ti tl. Stanislawo Stepkowski sacrae theologiae romano doctori suis titulis ut su-
pra ornato, hospitalis huius bythomiensis praeposito non est praescribere ne-
cesse, quid et quantum debeat ecclesiae hospitalis. Novit ipse desiderabilia ad
decorem et ornatum sponsae suae spectantia providere, sub cuius gubernio cul-
tus Dei maiora in dies sumat incrementa, potissimum in meditato opere reaedifi-
candae ecclesiae hospitalis bythomiensis, pro cuius fabricae extractione iam
per Dei gratiam materiam notabiliter coacervavit et praeparavit ex animo et
peramento vovemur ad eundemque effectum facultatem diruendi antiquam et
reaedificandi novam ecclesiam hospitalem bythomiensem autoritate nobis
a tl. Principe episcopo cracoviensi delegato libenter concedimus et impartimur
insinuando nonnulla reformationis puncta, videlicet quatenus in capella hospi-
talis huius sanctissimum et venerabile Sacramentum non asservetur, item ut
pauperes in hospitali degentes frequentius pure et integre, quia ad id debita
praeparatione confiteantur, iisdemque mendicantibus laborare non valentibus
devotio et oratio pro vivis et defunctis benefactoribus de mane, meridie et
vesperi serio commendatur. Plura opportuna, utilia et necessaria loci persona-
rum atque rerum necnon aliarum circumstantiarum exigentia suadebit, dictabit.

Kąchłowie. 11 XI 1720

In ista villa est ecclesia parochialis lignea, scandulis tecta, tituli s. Trinitatis,
iurispatronatus tl. haeredis eiusdem villae, baronis de Enkiel, consecrata per
tl. olim Nicolaum Oborski, episcopum Laodicensem, suffraganeum cracovien-
sem a. 1620, 3 V, ipso festo Inventionis s. Crucis. Dedicacionis diem observant
dominicum II post festum s. Hedwigis. Expositiones Sanctissimi fiunt pro festis
solemnioribus, utpote pro Paschate et intra octavam sacratissimi Corporis Chri-
sti. In hac ecclesia est ciborium in mensa amioris altaris ligneum inauratum cum
bono seraculo. Ibi asservatur Sanctissimum in pixide stannea supposito corpo-
rali. Fons baptismalis ligneus cum tegeticula lignea et sera pensili, in quo est
lebes aeneus pro conservanda aqua benedicta. Piscina ad fontem reperitur. Olea
sacra in vasis stanneis reperiuntur 3 iunctis in armario a sinistra parte altaris
maioris parieti ecclesiae annexo asservantur et clauduntur. Altaria in eodem
ecclesia sunt 3: Altare maius ligneum, continens in se imaginem s. Trinitatis,
ex una parte statuae s. Pauli, ex altera s. Petri sculptae, superius imago Assump-
tionis BMV. Hoc altare est picturis adornatum et decenter extractum, habens
mensam muratam consecratam, circa gradus istius altaris sunt crates lignee
rubro colore pictae tornatiles. II altare ligneum collaterale habens mensam mu-
ratam, consecratam, decenter picturis adornatum et extractum, in quo est ima-
go s. Spiritus. III altare similiter ligneum, decenter extractum et picturis ad-
ornatum cum imagine BMV et mensa murata, consecrata. Sacrarium in hac eccle-
sia ligneum, foribus bene provisus clauditur, in quo est mensa cum armariis et
aliis cistulis simplicis formae pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Sugge-
stus ligneus novus, rubro et ceruleo colore depictus cum 4 evangelistis, parieti
ecclesiae ad sacrarium affixus. Confessionale ligneum in ecclesia situm. Cho-
rus pro cantoribus ligneus parieti affixus, depictus, in quo stat organum alias
pozytyw noviter extractum, picturis adornatum. Pavimentum asseribus stra-
tum, tabulatum depictum prout et parietes ecclesiae. Labrum ad fores pro aqua
benedicta. Ecclesia binis foribus bene provisus clauditur. Campanile ligneum,
scandulis tectum et coemeterium ligneis sepimentis obductum, habens 2 portas.
Ossarium in coemeterii angulo ligneum, scandulis tectum. In campanili sunt
campanae 2, una maior, altera minor. Supra ecclesiam vero in medio tecti est
turricula, in qua est campanula alias signatura.

Dos sive redditus huius ecclesiae parochialis Kachlowicensis: Post horreum pie-
banale est hortus 2 stadiorum brevium. Item est ager in Kokosinieci 3 stadio-

rum, unum stadium sulcorum 15, alterum 20, tertium 6. Hic ager est sterilis, tribulis et sentibus plenus, inter colles et valles positus, ad quem pervenire cum curru et iumentis est difficile. In fine agri est pratum unum, ex quo vix 1 currus feni accipitur. II pratum in sylva et hoc parum valens. Item est ager versus Halebam alias Niwa dictus, uno medio milliari a domo plebanali distans et hic non seminatur, quia in silva crevit, et qui in silvas crescit, non est in ipotestate parochi, verum dominus eum sibi arrogat et ligna colligit, uti nunc factum. Cuius agri fines et terminos communitas non vult demonstrare, uti et aliorum. Item est ager in eadem distantia, uti praefatus, versus plessnensem ferricudinam, arenosus et hic non seminatur, nisi post 6 aut 7 annos. Item ager alias Niwa dictus secus Halebam ferricudinam a via, quae ducit ad ferricudinam plessnensem usque ad columnam muratam. Item habet parochus missalia 56 metretas siliginis, totidem avenae. Item pro festis paschalibus a communitate 20 fl. syl. plus vel minus contribuuntur, amplius nihil.

Rector seu parochus ecclesiae in Kachlowice tl. Joannes Josephus Wroblecius, annorum 46, ordinatus pro presbyteratu a. 1706, sabbatho ante dominicain Passionis, quae fuit dies 20 III, per tl. Casimirum Lubienski, pro tunc episcopum Chełmensem, administratorem episcopatus cracoviensis. Institutus ad hanc ecclesiam a. 1709 die 25. X. Approbationem produxit. Habet domum pro residentia sui cum porticu et atrio, in quo est ex una parte hypocaustum cum cameris pro sui mansionem et ex altera parte aliud hypocaustum pro familia. Habet et alia aedificia utpote stabula pro equis, pecoribus et pecudibus, hollodium, granarium restaurata. Fovet organarium, qui percipit salarium annuatim 6 twardy ch alias tinfony. Item habet particulum agri ex agris plebanalibus et 2 prata inter silvas. Habet domum pro residentia sui, quam domum parochiani reparare et restaurare tenentur. Villae ad hanc ecclesiam iure parochiali spectant pro administratione sacramentorum hae: Kachlowice, Nowawies, Halemba. Ad confessionem paschalem numerant personae 600. Sub hac parochia est iudaeus in taberna. In ferricudina Halemba dicta sunt lutherani advenae aliquot personae.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Kachlowice: Sicut equus generosus stimulis et calcaribus non eget, sed umbra virgae regitur et urgetur, ita pariter non est reformandus, qui seipsum corrigere potest. Cum igitur tl. Johannes Wroblecius, ecclesiae huius kachlowicensis rector vocationis suae recordetur et officia pastoralia pro Dei gratiam satisfaciatur, non nisi puncta infra scripta eidem observanda intimamus et ad explenda eadem obligamus. Nimirum quatenus catechisticam doctrinam suo populo diebus dominicis et festis matutino tempore, utpote ante missam conventualem et concionem deambulando per ecclesiam proponat per quaestiones et interrogationes charitative ad instructionem et aedificationem auditorem suum examinet. Renovationem Sanctissimi quolibet die octavo faciat, innovationis et consecrationis diem in tabellam ad eum effectum comparanda notet. Piscinulam ad baptisterium servientem firmius ac melius claudat. Praeterea quia in praesenti visitatione constilit certus fundus Niwa dictus seu officina alias Kurnia ad columnam muratam vulgo Przy Bozey Męce olim fundata ab antiquissimo et immemorabili tempore ad ecclesiam parochialem spectabat et pertinebat, nunc vero temporum iniuria sit penitus sublata, ideo tl. parochus serio monetur, quatenus omni possibili modo restitutionem illius omnino indiate procuret, huiusmodi commissorum punctorum imo praesentis decreti executionem in proxima congregatione decanali producat et maiora atque potiora pro ornamento et decore sponsae suae, quae necessitas eiusdem ecclesiae exegerit, postulaverit, ad laudem Dei praestet atque operetur.

Bielczowice. 12 XI 1720

Haec villa habet ecclesiam parochialem ligneam, intus simpliciter depictam scandulis tectam, tituli Omnium Sanctorum, iurispatronatus haereditis eiusdem villae. De consecratione non constat, nec extant in parietibus signa, tamen con-

secrationis dies **celebratur** dominica I post festum s. Bartholomaei. In hac ecclesia **est ciborium** in maiori altari situm, ligneum, pictum, cum bono claustro, ubi asservatur Sanctissimum in píxide argentea supposito corporali. Fons baptismalis novus, in quo est **lebes** aeneus pro conservanda aqua benedicta cum operculo ligneo et sera pensili. Piscina reperitur ad fontem. Olea sacra in vasculis 3 **stanneis**, iunctis, in armario parieti ecclesiae affixo **asservantur**. Altaria 3: Maius ligneum, continens in se imaginem Omnium Sanctorum, habens mensam muratam **cum** portatili. Altaria 2 collateralis lignea, depicta, cum mensis ligneis sine portatilibus, sed quando celebratur **missae sacrificium**, tunc apponitur portatile. Sacrarium ligneum, foribus bene provisus, claustro et sera pensili clauditur, in quo est mensa **cum** armariis simplicis formae pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus parieti ecclesiae appensus, simpliciter depictus. Confessionale **unum** ligneum, chorus pro cantoribus ligneus, in quo stat organum alias pozytyw. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum asseritium. Haec ecclesia foribus bene provisus claustro et seracula clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum, in quo sunt **campanae** 2, una maior, altera minor, quae sunt benedictae per tl. suffraganeum wratislaviensem in ecclesia Labetena a. 1719. Tertia campanula supra ecclesiam in medio tecti in turricula. Coemeterium sepimentis ligneis obductum **cum** porta, quae clauditur. Ossarium ligneum, scandulis tectum.

Reditus huius ecclesiae parochialis Bielczowicensis exiguus. **Nimirum** habet parochus de messalibus 10 metretas alias cwiertni, id est 40 verteliones siliginis totidemque avenae mensurae **bythomiensis**, Item habet censum 15 tl. syl., quorum 1 facit 4 sextas alias 4 fl. pol., pro quo censu absolvit 2 obligationes in septimana parochus die **veneris**, alteram die sabbatho pro benefactoribus. Item habet agros in triplici loco, sed non fertiles. I ager est penes parochiam, in quo sunt 2 stadia, in II agro sunt 3 stadia, in III aliquot stadia **cum** notabili distantia loci, quae stadia non sunt apta ad colendum per **parochum**. Item habet parochus decimam exiguam ex agro sive campo unius praedii, cuius possessor sive dominus in praedicto agro **dum** seminat siliginem vel **avenam**, tunc parochus percipit decimam, quodsi autem alia frumenta seminaret, nihil percipit parochus. Item habet **prata**, ex quibus **tantum** 3 currus feni percipit parochus. **Verum quidem** posset habere plus feni parochus ex prato Bąkowiec dicto, quod est in fundo plebanali, sed quia dominus colator idem **pratam** iure usurpatoris **appropriavit** et **etiam** parochus **nullum** ius vel documentum aliquod ad hoc pratam produxit et nullo scripto docuit.

Rector seu parochus huius ecclesiae bielczowicensis est tl. Jacobus Adamski, annorum 48, ordinatus pro presbyteratu a. 1704 per tl. Casimirus Lubienski, episcopum heradeensem, suffraganeum cracoviensem, dominica III post Pentecostes, quae fuit dies 1 VI. Institutus ad hanc ecclesiam a. 1713, die 5 V. Approbationem produxit. Habet domum pro residentia sui **cum** atrio, in quo est hypocaustum **cum** cameris pro mansione sui, alterum pro familia, et alia aedificia, utpote stabula pro equis, pecoribus et pecudibus, hollodium granarium. Fovet organarium, qui **salariatur** per parochum iuxta conventionem, qui organarius habet mansionem pro se et alia aedificia commoda ad **usum** proprium. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum una villa spectat, scilicet Bielczowice, ex qua ad **confessionem** paschalem numerantur personae 100.

Ordinatio pro ecclesia parochiali bielczowicensi: Per quae Dei cultus promovetur, populus Christi fidelium instruitur ad rectores animarum curae suae commissarum amplecti et servare tenentur. Proinde tl. Vallentinus Adamski, loci huius parochus ex praesenti ordinatione **monetur**, quatenus saepius per se **concionetur**, doctrinam catechisticam populo suo parochiano condigne et congrue proponat, ex praeposito et tradito catechismo auditorem suum leniter et benigne examinet, ab ecclesia praesertim diebus festivis se non absentet, divina pro commoditate populi tempore consueto absolvat. Sanctissimum quolibet die

octavo renovet, diem renovationis et consecrationis in tabella ad eum effectum comparanda notet. Matriculam mortuorum scribat. Patenulam pro defluendo aqua lustrali circa baptismum necessarium comparet. Pallas linteo albo subducatur. A cista eleemosynarum clavim unam habet, aliam vitricus ecclesiae ex fide dignis parochianis eligendis retineat. A depactionibus per sacras canones damnatis absteat. Tripudia saltus et choreas depositis vestibus in solo induisio apud iudaeum cum summo scandalo non ducat, a crapulis, commensationibus, ebrietatibus, quae sunt officinae malorum, sub poena privationis beneficii absteat. Mulierem, de qua fuit processatus, decretatus in officio consistoriali cracoviensi non relegatam, ad domum plebanalem non admittat, cum eadem non conversetur neque ad invicem inebrientur sub eadem poena privationis et proscritionis ex dioecesi per t. Principem episcopum cracoviensem vel ipsius generale officium serio et districte extendenda praecipimus et ut sit bonus odor Christi, huiusmodique vitam culpabilem in melius reformet, rem oeconomicam accuratius, diligentius tractet praecipimus decretique atque ordinationis praesentis in congregatione sequenti decanali productionem iniungimus.

Biskupice. 12 XI 1720

In hac villa est ecclesia parochialis tota lignea tituli s. Joannis Baptistae, iurispatronatus haeredis huius villae, t. Joannis Berhardi comitis Henkler (!), consecrata per t. Nicolaum Oborski, episcopum laodicensem, suffraganeum cracoviensem. Anniversarius consecrationis dies dominica I post festum Omnium Sanctorum celebratur. Expositiones Sanctissimi fiunt pro festis Resurrectionis Domini et intra octavam sacratissimi Corporis Christi. In hac ecclesia ciborium in maiori altari, situm, deauratum, ubi in pixide ex aere coronario Sanctissimum asservatur, ex quo ecclesia haec spoliata per fures argento et carbona eleemosynarum. Baptisterium a parte dextra locatum, in quo est pelvis cuprea pro conservanda aqua lustrali cum cupreo ex cochleari, sera fortiter clauditur. Piscina ibidem reperitur pro conservandis stropholis a baptisatis. Olea sacra in vasculis 3 iunctis stanneis in cistula (quae sera pensili clauditur) parieti ecclesiae affixa, conservantur. Altaria 3: Maius ligneum habens mensam muratam consecratam cum imagine BMV in ligno picta, superius depictum s. Joannis Baptistae caput in disca. II altare ligneum, tituli s. Barbarae, mensam habens muratam, cum portatili. Sacrarium ligneum, intus picturis ornatum, in quo est mensa cum armariis pro conservanda supellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus depictus, parieti ecclesiae annexus. Confessionale in ecclesia unum. Chorus pro cantoribus ligneus depictus, in quo stat organum alias pozytyw. Pavimentum asseribus stratum. Tabulatum asseritium. Ecclesia ipsa foribus binis bene provisus, claustris et seris pensilibus clauditur. Campanile ligneum scandulis tectum, in quo sunt campanae 2, una maior, altera minor, III minima in turricula supra ecclesiam in medio tecti, quae vocatur signatura. Coemeterium asseribus septum et ossarium scandulis tectum.

Reditus sive proventus huius ecclesiae: Habet agrum non amplum, qui in 3 locis est mixtus inter agros cmethonales, primo versus Zabrzam inter agrum Pauli Wrobel et Laudas latitudinis non aequaais, nam in quibusdam stadiis 9 in aliis 8 habet sulcos, id est, ut vulgo vocantur Składy, longitudinis ab infra incipi a fluviolo usque in silvam ad limites mikulcenses. II loco post sepes inter agrum Joannis Bala et Piecuchovcianum, latitudinis habet 7 sulcos id est Składy, et longitudinem a sepibus usque in silvam iterum ad limites mikulcenses. III versus ferricudinam inter agrum Matthiae Gniełka et Tysbirkovianum, latitudinis 4 sulcos habet id est Składy et longitudinis a piscina usque aliquot stadia in silvam 4 vel 5, prouti adhuc evidentia signa apparent culturae. Prata habet in 2 locis. Primo in parte zaborensi post molam Głowovianam, in qua modo Jacobus Niwka alias Trefny manet, cuius longitudo a Semita ex parte sinistra, qua itur in villam Zaborze, usque ad primam vallem vel erigionem eius latitudo a fluviolo usque ad montem, secundo statim post hortum parochiae, cuius la-

tituŕo a fluvio usque ad **vetus flumem**, ut vulgo vocatur, longitudo usque ad vel ultra **erigionem** medii horti **Kopytoviani**. Item habet missalia de villa **Biskupice** 17 modios siliginis et 2 virteliones, totidem a venae. De villa **Zaborze** 18 modios siliginis totidem avenae. Modus tenet **veteris mensurae** 4 virteliones (sed in effectu vix medietas datur). Ex villa **Rudy**, in qua 24 agri **cmethonales** 12 tl. **syl.** Ex **ferricudina** 10 partes consuetas ferri, quae vulgo vocantur **szy-ny**. Pro festis natalitiis loco **strenae** 5 et pro festis paschalibus 5. Habet **liberarti sectionem silvae** pro quacumque necessitate et **commoditate tam ad aedificandum quam comburendum**. Item habet **pascua libera tam in agris communitatis, quam in silva et agris praedialibus**. Item habet **hortum post domum plebanalem versus occidentem devastatum**, in quo paucae arbores fructiferae, penes **quem** ad medium pagi versus septentrionem sunt 2 cubicula cum atriis et camera contigua commoda, in quibus habitat **tl. Venceslaus Starzynski**, immediatus moderni parodii antecessor. Item est **stabulum pro pecoribus**, circa quam mansionem sepes ex **omni** parte ruunt. Proximi autem **cohabitatores**, quilibet a sua parte sepire tenentur usque deorsum ad fluvium. Item habet pro augmento dotis ecclesiasticam **vaccam unam per immediatum parochum antecessorem suum** relictam. Iura et erectio huius ecclesiae nulla extant, attamen in pacifica possessione superius descriptorum reddituum modernus parochus existit. Rector sive parochus huius ecclesiae **biskupicensis tl. Simon Henricus Kuczewic, annorum 27, ordinatus pro presbyteratu a. 1716, dominica XX post Pentecostes, quae fuit dies 18 X, per tl. Michaellem in Słupow Szembek, suffraganeum cracoviensem, institutus ad hanc ecclesiam a. 1720, 2 I. Approbationem** produxit. Habet domum pro residentia sui ligneam cum atrio, in quo est hypocaustum cum cameris et **celario murato**. Item est alia **mansio separata distincta pro familia cum cameris**. Item alia aedificia, utpote stabula pro equis, pecoribus et pecudibus, hollodium, granarium, quae indigent reparatione. Fovet organarium, qui **simul cantoris officium agit**, habet domum ligneam cum cameris et **stabulis variis**, habet et hortum cum parte agri non procul ab ecclesia. Ad hanc ecclesiam pro administratione sacramentorum iure parochiali spectant villae hae: **Biskupice, Zaborze, Rudy et Kuznica in Rudy**. Ex his villis ad confessionem paschalem numerantur personae 500. Lutherani sunt utriusque sexus 10 in **ferricudina villae Rudy**.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in **Biskupice**: Censura muneris commissarialis **humeris nostris impositi ex moderna visitatione adinvenit, quatenus tl. Simoni Kuczewic, parochi loci biskupicensis sequentia puncta iniungamus executionemque illorum praecipiamus, videlicet quatenus ciborium tamquam Dei ecclesiasticum habitaculum cultius et elegantius adornet, rudimenta fidei catholicae ad salutem suis parochianis necessaria, utpote Romanum Catechismum diebus dominicis et festis deambulando tradat, eosdemque suos parochianos doceat, pallas lino nitido subducatur et ne a saecularibus ministris tangantur iisdem prohibeat. Tl. Collatori comparisonem calicis appromissi saepe saepius recommendet effectumque promissionis frequentius urgeat. Mutuatam sive legatam pecuniam 10 ti. de manu creditorum sive legatariorum sine mora recipiat, ad quam **summam** aliquam eleemosynam adiiciat, et calicem argenteum pro usu et necessitate ecclesiae sponsae suae quam citissime comparet. Ossa Christi fidelium suorum parochianorum ex tumulis et sepulchris eruta et inhumata iuxta praescriptum ritualis romani, adhibitis quam plurimis suffragiis, videlicet eleemosynarum et missarum praevia obdestinatione suorum parochianorum, ut huiusmodi sepulturam condecorent et pro defunctis orationes ad Deum fundant, more consueto ecclesiae catholicae decenter et competenter sepeliat, et ne amplius ad ossarium deferantur, quinimo in loco tumuli profundius in terrae visceribus recondantur, serio attendat et praecaveat, huiusmodique ordinationem nostram Vespilloni intimet et serio demandet. Sanctissimum quolibet die octavo renoveri non omittat, huiusmodique consecrationis diem in tabella connotet. Aedificia plebanalia ruinosa sine mora reparet et conservari curet. Ce-**

tera ad ornamentum suae ecclesiae et decorem domus Dei spectantia pro exigentia ecclesiae algue plebanatus gerat, faciet et exerceat, praesensque decretum nostrum in sequenti congregatione decanali tl. decano foraneo praesentare nullatenus omittat.

Mikulczyce. 13 XI 1720

In hac villa est ecclesia parochialis lignea scandulis tecta, tituli s. Laurentii, iurispatronatus haeredis eiusdem villa. De consecratione huius ecclesiae non constat, diem tamen anniversariam dedicationis observant dominicam I post festum s. Matthaei ex consuetudine. Expositiones soient esse pro feste Resurrectionis Domini et intra octavam sanctissimi Corporis Christi. In hac ecclesia ciborium in maiori altari locatum, ligneum, pictum, ubi in pixide argentea Sanctissimum conservato. Baptisterium ad parietem ecclesiae commode situm, ligneum, habens pelvim aeneam pro asservanda aqua lustrali. Piscina ad gradus huius baptisterii extat pro asservandis stropholis a baptisatis, utrumque bene clauditur. Olea sacra in vasis argenteis 3 iunctis in armario asservantur. Altaria sunt 3: Maius, in quo est imago BMV, habet mensam muratam, in medio fractam, cum portatili. II a cornu epistolae s. Bartholomaei ligneum habens mensam muratam cum portatili. III altare a cornu evangelii ligneum s. Barbarae, habens mensam cum portatili. Sacrarium muratum, testudineatum cum foribus bene provisus, claustro et sera pensili, guibus clauditur, in quo sunt armaria pro asservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus parieti ecclesiae affixus ligneus, picturis adornatus. Confessionale in ecclesia unum. Chorus ligneus supra fores parieti affixus, pictus, in quo stat organum bonum, vocum 7. Pavimentum asseribit stratum et tabulatum. Scamna simplicis formae integra. Haec ecclesia foribus binis bene provisus, claustis et seris pensilibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum, non procul ab ecclesia situm, in quo sunt campanae 3 maiores, IV minor in turricula supra ecclesiam in medio tecti. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, scandulis tectum. Reditus huius ecclesiae parochialis mikulczycensis: Habet in hac villa agrum, qui protenditur incipiendo ab ecclesia usque ad limites Rokitkowskie, in quo sunt stadia 9, in 1 stadio numerantur 40 sulci. Item ex praedio in Mikulczyce percipit 7 modios siliginis et totidem avenae. Item a quolibet cmethone alias siodłaka mikulczycensi 2 verteliones siliginis totidemque avenae mensura bythomiensis pro festo s. Martini. Item habet vaccas 4 ecclesiasticas, unam apud Gregorium Protyga, alteram apud Christophorum Cichy, III apud Thomam Miarka, IV apud parochianos, a qualibet vacca annuatim accipit per 2 fl.

Rector sive parochus mikulczycensis tl. Jacobus Beruta, annorum 73, ordinatus pro presbyteratu a. 1677, dominica V post Epiphaniam, guae fuit dies 7 IL Institutus ad hanc ecclesiam mikulczycensem a. 1677, 5 V. Habet domum residentialem ligneam cum atrio, in quo est hypocaustum cum camera pro se commodum, alterum ex opposito pro familia. Item habet horreum, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus et alia aedificia necessaria, sed reparatione indigent. Fovet vicarium tl. Andream Smykalem, annorum 37, qui vicarius est provisus ad ecclesiam mysłowicensem. Ordinatus sabbatho magno, quae fuit dies 15 IV a. 1713 per tl. Casimirum Lubienski, episcopum cracoviensem, morabatur circa provisionem 2 annis in capellania apud tl. Bujakowska, capitaneam bythomiensem. Fuit in dioecesi wratislaviensi pro vicario krzyżowicensem 3 mensibus, in Pstrozna 5 mensibus, inde amotus donec producat diinissoriales. Approbationem produxit sub die 15 IX a. 1719 obtentam, sed circumvenit officium cracoviense, quod in approbatione apposuit circa nomen suum, quod sit mysłowicensis provisus, ideo tl. surrogatus subscripsit. Nullam applicationem ad ecclesiam in Mysłowice produxit, solum licentiam commorandi in Slesia, sed sine determinatione temporis, tamen hic ad ecclesiam mikulczycensem manet a mense inclio, quem tl. parochus salariat 60 fl. rh. annuatim ex vi fundationis Dolezek. Pro quo vicario est domuncula bene extracta cum camera aliis aedificiis.

Debet omnia sacramenta parochianis administrare et 1 missam de requiem pro anima fundatoris in qualibet hebdomada absolvere. Fovet organarium, qui simul cantoris officium agit. Communitas ipsum salariat, habet domum pro sua mansione cum aliis aedificiis necessariis. Insuper habet agri 6 stadia. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectat una villa, nimirum Mikulczyce, ex qua ad confessionem paschalem numerantur personae 270.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Mikulczyce: Cum hic praecipuus sit visitationis scopus et obiectum potissimum, ut gloriae Dei incrementum, decoris ecclesiae promotio, populi parochiani disciplina promoveantur, proinde tl. Jacobo Benita, loci mikulczensis paroco pro munere et officio nostro commissoriali et visitatoriali committimus et mandamus, quatenus olea sacra in armariolo, quod est a tergo altaris maioris in ecclesia conservet, 3 mappas semper cuilibet altarium ex praescripto ritualis romani apponet, mensam fractam in altari maiori citissime reparet. Mantella sacristiae mundari et lavari curet, catechismum deambulando suis parochianis instillet et quidquid didicerint parochiani, eosdem per interrogationes examinet. Divina officia diebus dominicis et festis pro hora 11-ma ad communem parochianorum commoditatem nemini expectato absolvat, nec ultra praescriptum tempus eadem divina officia et condones prolonget, confessiones pro dignitate et competentia sacramenti poenitentiae sine fastidio prolongationis et taedii peragat et expediat. Ad reparationem tempestantium sepimentorum coemeterii parochianos suos moneat. Aedificia collapsa melioret. Tl. Smykalis, vicario suae ecclesiae manuali, ut ad locum provisionis suae, nimirum ad ecclesiam mysłowicensem redeat, persuadeat, eodemque a ministerio ecclesiae suae amoveat. Sanctissimum quolibet die octavo renovari et diem consecrationis in tabella notari non omittat. Caeteraque pro exigentia ecclesiae et beneficii quae magis necessaria et opportuna censuerit, sponsae suae provideat, praesensque decretum nostrum et ordinationem in futura Deo dante congregatione decanali praesentare non omittat.

Miechowie. 14 XI 1720

In hac villa est ecclesia murata tituli s. Crucis, in minori choro testudineata, in maiori tabulata, iurisparonatus haereditis eiusdem villae. De consecratione non constat, tamen anniversarium diem consecrationis observant dominicam II post festum s. Hedigis ex antiquo usu. In hac ecclesia ciborium in maiori altari locatum, non bene ornatum, ligneum, ubi in pixide argentea cum operculo intus deaurata Sanctissimum asservatur. Expositiones fiunt pro festis Paschatis et intra octavam sacratissimi Corporis Christi. Fons baptismalis ligneus cum pelvi cuprea pro conservanda aqua lustrali. Bene clauditur. Olea sacra in vasis stanneis tripliciter iunctis in armariolo parieti ecclesiae affixo asservantur. Altaria 4: Maius tituli s. Crucis, habens mensam muratam cum portatili, II altare BMV habens mensam muratam notabiliter destructam cum portatili, III ligneum ad fores, tituli s. Antonii, habens mensam muratam cum portatili, IV altare s. Nicolai mensam habens sine portatili. Sacrarium muratum testudineatum, habens fores bene claustrum et sera pensili provisae, quibus clauditur, in quo sunt armariola pro conservanda supellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus, simpliciter pictus. Confessionale in ecclesia unum. Chorus parieti ecclesiae affixus pro cantoribus, ligneus, pictus, in quo stat organum vocum 5. Scamna integra. Pavimentum asseritum. Ipsa ecclesia habet ostia 2 non bene claustris provisae, quibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 3, 2 maiores, III minor, IV supra ecclesiam in turricula (laminae obducta). Coemeterium sepimentis ligneis circumductum, scandulis tectum, et ossarium, sed ruinosum.

Reditus huius ecclesiae miechowicensis: Habet agros primo vocitatum Gay, qui incipit ab horreo plebanali et protenditur usque ad metam agrorum tl. collatoris, stadorum 11, in latum 10 sulcorum sive skądów. Item alterum agrum habet

penes Garnek **stadiorum** 5, latitudinis in uno loco 12 sulcorum et alio 8 sulcorum, ubi etiam est **pratium parvum**. Item III agrum habet penes arbusta sive silvani **stadiorum semiduorum**, latitudinis 9 sulcorum. Item praesumitur adhuc spectare aliquem agrum ad parochum, quem subditi ob praeceptum et metum sui domini non revelant nec audent specificare. Spectant ad hanc parochiam semitres pagi, ex quibus missalia **parochus** pendi debent. Villa Miechowice habet 2 praedia, unum Rocholowski, alterum Kosemborowski nuncupata, ex quibus praediis debentur missalia per 12 verteliones siliginis et totidem avenae **parochus**, quae tantum recipit ex praedio Rocholowski dicto et ex altero Kosemborowski dicto nihil percipit ab aliquot annis. In eadem villa Miechowice debent inveniri cmethones sive subditi 13, quorum singuli debent extradere missalia **parochus** per 4 verteliones siliginis et totidem avenae, a quibus nec medietatem horum percipit. Item hortulani eiusdem villae, qui soient colere et seminare agrum post pratium iacentem, debent dare tl. **parochus** per vertelionem avenae unusquisque. Similiter et tabernator, a quibus nihil percipit **parochus**. Item in villa Bobrek sunt 2 praedia, ex quibus nihil percipit **parochus**. In eadem villa debent esse 5 cmethones sive subditi, a quolibet eorum debentur **parochus** per vertelionem siliginis et 2 avenae, nec quidquam ab iisdem **parochus** percipit. Item hortulani in eadem villa debent inveniri 3, a quibus debent dare **parochus** per vertelionem siliginis et totidem avenae. Similiter et ab his nihil percipit **parochus**. In villa Rokitnica ex praedio debentur **parochus** 6 verteliones siliginis et totidem avenae annuatim, ibidem ex hac villa a cmethonibus, qui 3 inveniuntur, debent dari ab unoquoque 2 verteliones siliginis et totidem avenae, a quibus nihil percipit **parochus**. Rector seu **parochus** huius ecclesiae miechowicensis tl. Adalbertus Zgardzinski, annorum 44, ordinatus pro presbyteratu sabbatho sancto, quae fuit dies 3 IV per tl. Casimirum Lubienski, pro tunc episcopum chełmensem, administratorem cracoviensem. Habet domum pro residentia cum atrio, in quo unum hypocaustum cum cameris et aliud hypocaustum pro familia putrefactum. Item horreum et alia aedificia putrefacta. Fovet organarium, qui simul et cantoris officium agit. Habet domum pro mansione ligneam, stramine tectam et alia aedificia. Percipit intuitu salarii annuatim 4 tl. syl., praeter hos habet agrum 6 stadiorum, quae protenduntur usque ad limites plebanales. Habuit adhuc 3 stadia, sed haec tl. collator recepit. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae hae: Miechowice, Bobrek, Rokitnica, ex quibus numerantur personae ad confessionem paschalem 147, lutherani sub hac parochia sunt 24. Judaei in Miechowice 4, in Bobrek 5. Ordinatio pro ecclesia parochiali in Miechowice: Cum sacerdotes, ministri Dei, praecipue rectores parochianorum, inter caeteras functiones potissimum docendi populi christiani officium susceperant, curam animarum sibi commissarum habere, temporalia administrare, decorem domus Dei diligere, sese obligaverunt, proinde tl. Adalbertus Antonius Zgardzinski, ecclesiae in Miechowice curatus, sequentem ordinationem nostram exequetur. Nimirum ciborium, Christi Eucharistici receptaculum, nitidius, cultius adornabit, altaris sub titulo gloriosissimae Dei Genetricis fundati mensam destructam comparabit, renovationem Sanctissimi quolibet die octavo fieri curabit, piscinulam in pede baptisterii effabre extrui mandabit. Linthea sacrarii nimis deturpata purgari iubebit. Libros meretrices tam baptisatorum, copulatorum, quam mortuorum distincte ac separatim describi faciet. Obstetrices circa partus periculosos, quomodo se gerere debeant, ne infantes sine sacramento baptismi decedant, perfecta in praemis doctrina in castris passim debita, docebit et solide informabit. Matrimonia inter parochianos, rudimenta fidei signanter orationem Domini, salutationem angelicam, symbolum Apostolorum instruet, cum ignorantia omnium errorum sit mater. Benedictionibus matrimoniorum, signanter inter personas vagabundas et ex alia parochia, non assistei, ne poenam suspensionis triennem in decretis s. concilii Tridentini praescriptam incurrat, praeterea iisdem parochianis diebus dominicis et festis catechisabit, concionabitur, siquidem verbum Dei et ipsius praedicatio

inter divina officia numeretur et intra missarum solemnia peragatur. Tectum ecclesiae perpluidum quam citissime conteget. Coemeterium ruinosum reparabit, ostias et valvas ecclesiae restaurabit. Feminam, quae in domo plebanali prolem enixa est, eademque proles pro educatione ad locum separatum cum gravi diffamatione extradita est, amovebit nec unquam ad domum plebanalem sub poenis per tl. loci ordinarium graviter et irremissibiliter videlicet privationis benefici extendendis admittet, neque unquam cum eadem conversabitur. Ossa Christi fidelium ad exemplum et normam aliarum ecclesiarum, adhibitis quam plurimis suffragiis per missae sacrificia, per eleemosynas, per orationes vivorum parochianorum adhuc effectum convocandorum et ex ambona obdestinandorum, iuxta ritum et praescriptum ecclesiasticum sepeliet, eademque ossa, quoties continget exhumari, confestim circa sepulturas in futurum peragendas profundius in tumulis recondi mandabit, id ipsumque vespellionibus intimebit et rigorose praecipiet. Ad extremum otium malorum germen atque sentinam evitando libros spirituales, utpote Thomae a Kempis, Moscicensis instructionem, tractatum Ferdinandi Ohm, alias Januszowski ordinis praedicatorum atque Cassistas attente diligenter ac fructuose leget, satisfaciendo praescriptis tl. Principis in epistola pastorali contentae pro renovatione spiritu mentis suae recollectiones seu exercitia spiritualia per octiduum tempore opportuno sumptis propriis in loco in eadem epistola pastorali designato peraget, talibus enim anima illuminatur, conscientia purgatur, homo in via salutis perficitur. Ad haec praesentemque nostram ordinationem in proxima Deo dante congregatione decanali ad effectum executionis et doctionis se eidem in omnibus punctis satis fecisse praesentare non omittet.

Reply. 15 XI 1720

In hac villa est ecclesia parochialis murata ex lapide albo, in minori choro testudineata, in maiori tabulata, iurispatronatus haereditis bonorum eiusdem villae Repty. Non constat de ipsius consecratione et fuit prophanata per haereticos, sed per tl. olim Nicolaum Oborski una cum coemeterio est reconciliata die 29 V 1682 a., quo anno etiam et altare maius in honorem s. Nicolai et BMV est consecratum. Indulgentias habet pro festo s. Nicolai 1719 a. admissas. Diem tarnen anniversariam dedicationis observant dominicam I post festum s. Matthaei apostoli. In hac ecclesia sunt altaria 3, quartum in capella s. Annae. Maius altare habet mensam muratam consecratam, in qua locatum est ciborium pro conservando Sanctissimi, ligneum, similiter sicut et altare depictum. Item est altare ss. Trium Regum ligneum, mensam habet muratam, cum portatili. Item altare III s. Nicolai similiter ligneum habet mensam muratam cum portatili. Baptisterium ligneum in capella s. Annae locatum cum pelvi pro servanda aqua lustrali. In hac capella murata et testudineata est altare ligneum s. Annae, habens mensam muratam cum portatili. Suggestus ad partem sacrarii ligneus. Sacrarium muratum, divisum, testudineatum, in quo sunt armariola pro conservanda supellectili ecclesiastica. Chorus supra fores ecclesiae appensus, in quo est organum 8 vocum. Scamna sunt nova lignea, bene disposita, cura et sollicitudine tarn lt. collatoris ex parte, quam etiam tl. antecessoris comparata. Haec ecclesia clauditur foribus binis bene obseratis. Pavimentum circa altare maius lapidum, per totam vero ecclesiam asseritum. Campanile ligneum ecclesiae iunctum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula laminae obducta supra ecclesiam. Coemeterium muratum in parte indiget reparatione prout et campanile.

Proventus sive redditus ecclesiae parochialis in Repty: Habet ex villa Repty, Ptakowice, Stolarzowice, Bobrowniki missalia 42 metretarum siliginis et 50 avenae mensurae bythomiensis. Item habet decimam manipulearem de agris praedialibus dictarum villarum et ex uno laneo cmethodnali in villa. Repty. Item in Biskupice de agris cmethodnalibus decimam manipulearem. Item in Chorone de agris cmethodnalibus decimam manipulearem, prout constat ex Libris Beneficiorum, Re-

taxa'ionum. Item ex fodinis metallicis decima pars metalli ad parochum spectat, quando in reptensi vel altero quopiam fundo ad parochianos reptenses pertinente fiunt fodinae. Item habet piscinas 5 in silva plebanali. Item habet 6 stadia agrorum, qui incipiunt ab ecclesia usque ad silvam plebanalem protenduntur: Hi agri habent singulares limites alias miedze, positi sunt penes agros et fundos tl. Ptakowski, ex altera parte ad fluvium tl. haeredis una cum prato. Item habet summam capitalem in villa Repty, mediante testamento tl. olim Gaspari Hunter pro ecclesia Repty legatam et inscriptam, medietas census cedit parochus pro missae sacrificiis, quas tenetur parochus absolvere qualibet septimana feria VI, altera medietas census pro reparatione et aliis necessitatibus ecclesiae. Item notantur, quod partem agri plebanalis in forma crucis a proxima viae protensae quidam Warzecha et post illum Zajac, incolae reptenses suo horto adiunxerunt. Praeterea habet agrum, quern scholiarcha seminat, manet incultus, arbutis occupatus. Insuper seminant hortulani reptenses praediales agros, qui sunt extra pagum ad orientem et a via Piekariensi in septentrione vergunt et pago praxime adiacent, ex his agris uti praedialibus olim decima debebatur tl. parochus reptensi et de agris hortulanorum reptensium. Ex his ad praesens nihil participat tl. parochus, obstante et negante tl. haerede. Rector sive parochus ecclesiae parochialis in Repty tl. Joannes Pszczyński, annorum 37, provisu ad seminarium, post vero ad ecclesiam parochialem in Koscielce, promotus ad presbyteratum a. 1710, dominica XIV post Pentecostes, quae fuit dies 6 VII, institutus ad ecclesiam in Repty die 3 X 1714, approbationem produxit, habet domum ligneam pro residentia sui cum atrio, in quo est 1 hypocaustum cum cameris, et aliud ex opposito pro familia. Item habet hollodia, granarium, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus et alia aedificia commoda. Fovet organarium, qui simul et cantoris officium agit, qui salariatur per parochum iuxta conventionem, habet domunculam pro residentia parvam et alia aedificia commoda. Ad hanc ecclesiam iure parochiali spectant pro administratione sacramentorum villae hae: Repty, Ptakowice, Stolarzowice, Bobrowniki Śląskie, ex quibus numerantur personae ad confessionem paschalem 400. In villa Repty est dominus emphyteuticus Rohen, acatholicus cum uxore, in Ptakowice Christophorus Rymultowski, haeres cum uxore, filio et 2 filiabus, qui fovet lectorem lutheranum non tantum propter suos liberos, verum etiam nobilium et civium, tarnomontanorum. Item in hac villa sunt 2 nobiles cum liberis, qui certas sortes per emphytensim tenent. Hi omnes cogunt familiam suam tempore ieiunii manducare carnes. In villa Stolarzowice tl. Kosicki, unius sortis haeres cum uxore et filia. Item ibique alter catholicus, sed ipsius uxor lutherana.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Repty: Ex munere per tl. Principem episcopum cracoviensem humeris nostris imposito ad officium nostrum commissoriale et visitoris spectat super statu ecclesiarum investigare, inquirere, vitam, mores rectorum et Christi fidelium iure parochiali ecclesiis subiectorum, scrutari et examinare atque circa praemissa opportuna et necessaria remedia providere. Cum igitur tl. Joannes Pszczyński, ecclesiae huius in Repty curatus, monitione in punctis infra scriptis ex visitatione praesenti adinventis indigeat, talem ordinationem eidem relinquimus. Nimirum quatenus ciborium, in quo Sanctissimum perpetuo asservatur, firmiter claudat, pixidem argenteam pro deferendo eodem Sanctissimo ad infirmos comparet, renovationem eiusdem Sanctissimi quolibet octavo die non intermittat, tabulam pro renovatione comparet, diem consecrationis in eadem notet, 3 mappas singulis altaribus adhibeat, baptisterium extrui curet, vas distinctum et separatim pro oleis sacris ad infirmos deferendis procuret, ab araneis ecclesiam emundet, libros ecclesiasticos laceratos restauret, recollectiones spiritus ex ordinatione tl. Principis iniunctas opportuno tempore in loco in epistola pastoralis expresso expediat, praesentemque nostram ordinationem in congregatione decanali imminenti producat.

Tarnowice. 16 XI 1720

In hac villa est ecclesia parochialis murata, testudineata, scandulis tecta, tituli s. Martini episcopi, iurispatronatus haeredis eiusque villae. In hac ecclesia est ciborium ligneum, picturis intus ornatum, in mensa altaris maioris situm, ubi in pixide argentea Sanctissimum asservatur. Expositiones Sanctissimi et processiones cum eodem pro festis Paschae et intra octavam Corporis Christi fiunt. Indulgentias habet pro festo s. Martini et pro litaniiis quolibet festo BMV decantandis. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae situatus, operculo ligneo clausus, in quo pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali. Piscina ad gradus eiusque fontis reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armario asservantur. Altaria 3: Maius ligneum depictum, continens in se imaginem BMV habens mensam muratam cum portatili. II altare tituli s. Venceslai ligneum, picturis adornatum, cum mensa murata et portatili. III tituli s. Barbarae ligneum, habens mensam muratam cum portatili. Haec omnia altaria sunt consecrata hoc anno, quo et ecclesia, ut infra. Sacrarium muratum, testudineatum, foribus bene ferro obductis clauditur, in quo sunt armaria pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ad partem sacrarii parieti ecclesiae affixus, ligneus. Confessionale in hac ecclesia unum. Chorus super fores ecclesiae pro cantoribus appensus ligneus, in quo stat organum. Scamma bene ordinata. In hac ecclesia est capella s. Annae, murata, picturis adornata, testudineata. Altare habet muratum, consecratum. Haec capella ex ecclesia duplicibus foribus bene provisus clauditur. Ipsa vero ecclesia picturis specialibus ornata et consecrata per tl. Micha elem Szembek, episcopum Paphensem, suffraganeum cracoviensem a. 1708, die 10 VII. Anniversarius dies dedicationis observatur dominica I post festum s. Francisci cum indulgentiis assignatis. Pavimentum asseribus stratum. Ecclesia ipsa foribus bene provisus sera pensili et claustro clauditur. Campanile noviter extractum muratum, in quo sunt campanae 2 maiores, III in turricula supra ecclesiam in medio tecti signatura. Coemeterium sepimentis ligneis circumductum, scandulis tectum sicut et ossarium. Reditus sive proventus ecclesiae Tarnowicensis: Imprimis habet missalia siliginis verteliones 24, totidemque avenae de villa Opatowice, ex praedio in ibidem percipiebat parochus tl. 1 syl. per annos 3 intuitu missalium, ab a. vero 1698 nihil percipit. Hoc praedium spectat ad tl. collatricem. Subditi vero per medium tl. syl. solvunt annuatim parochi. Ex villa Rybna de aula missalia 2 modios siliginis, totidemque avenae, à subditis vero verteliones 20 siliginis et totidem avenae. Ex villa Lasowice tam ex aula, quam ab 18 subditis verteliones 18, totidemque avenae. De villa Pniowiec et Piaseczna verteliones 14 siliginis et totidem avenae. Ex civitate tarnomontana decimam pecuniariam nimirum 20 tl. syl. quotannis in vim missalium. Patet etiam ex libris Beneficiorum, quod debetur decima manualis ex agris predialibus villae Tarnowice et missalia de tota parochia 4 maistrorum siliginis, totidemque avenae, ibidemque de hortis census debetur. Item ex agris 3 inquilinorum decimam percipit pro ecclesia in vim satisfactionis ac perceptionis decimae unum agrum possidet.

Rector sive parochus ecclesiae tarnowicensis tl. Adalbertus Otrębowski, annorum 64, ordinatus pro presbyteratu a. 1686 sabbatho quattuor temporum ante festum s. Trinitatis, quae fuit die 8 VI, per tl. Nicolaum Oborski, episcopum laodicensem, suffraganeum cracoviensem, institutus ad hanc ecclesiam a. 1695, die 23 IX per tl. Lesnowicki, commissarium. Approbationem produxit. Habet domum residentialem cum atrio, in quo est hypocaustum cum cameris pro se et aliud hypocaustum pro familia, hollodia, granarium, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus et alia aedificia commoda. Fovet organarium, qui simul officium cantoris agit, quam salariat iuxta conventionem. Habet domunculum pro residentia sui commodum ligneum et agri 14 sulcos. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae Tarnowice, Opatowice, Rybna, Lasowice, Pniowiec et Piaseczna, ex quibus villis numerantur ad confessionem paschalem personae 500.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Tarnowice: Cum officio pastoralis incumbat gregem sibi creditam verbi Divini pabulo ac Sacramentorum sedula eaque sollicita administratione ex nexu et obligatione ministerii reficere, idcirco t. Adalbertus Otrębowski, loci huius tarnowicensis rector singulis diebus dominicis doctrinae christianae rudimenta parochianos suos edocebit, populoque sibi commisso verbum Divinum praedicabit, Sanctissimum quolibet die octavo renovabit, vasculum distinctum pro sacris oleis ad infirmos deferendo comparabit, mappas 3 singulis altaribus ex praescriptis romani ritualis superimponet. Baptisterium firmabit, pallas pro dignitate missae sacrificii lino nitido subducet, sedem ad excipiendas confessiones cum craticulis ad normam aliarum ecclesiarum congruum pro ornamento ecclesiae et convenientia tanti tribunalis extruet. Rententa ecclesiam suamque personam tamquam parochi concernentia ne praeiudicet, quidquam suis succedaneis parochis, omni meliori modo sine mora vindicabit. Organarium iuxta conventionem mercedis cum eodem factam salariabit, eidemque serio et sub amotione inhiabit atque praecipiet, ne missalia pro parte sui a parochianis exigere audeat, cum eadem pensio granaria solis et unicis dumtaxat parochis servit et competit. Caeteraque pro exigentia et necessitate praedictae ecclesiae servientia, quae magis utilia, necessaria zelus pastoralis dictabit. Idem t. parochus pro decore et ornamento sponsae suae ex re loco et tempore praevidebit, praesentemque ordinationem nostram necnon decretum in futura Deo dante congregatione decenali ad effectus satisfactionis in toto eis praesenti nostra reformationi idem t. parochus praesentare obligatur.

Tarnowskie Gory. 17 XI 1720

In hac civitate est ecclesia parochialis tituli ss. Petri et Pauli apostolorum, iurispatronatus sacrae caesareae majestatis. In hac ecclesia ciborium ligneum in mensa maioris altaris situatum, intus ferreum cum bona clausula, ubi Sanctissimum in pixide argentea asservatur supposito corporali. Expositiones fiunt pro festis paschatis et infra octavam Corporis Christi. Baptisterium lapideum, in quo pelvis per medium divisum aenea pro conservanda aqua lustrali, bene sera pensili clauditur. Olea sacra in vasis argenteis tripliciter iunctis intus auratis in armariolo parieti ecclesiae appenso asservantur. Altaria 3: Maius ligneum depictum, partiti deauratum in honorem ss. Petri et Pauli, consecratum, in quo pelvis per medium divisum aenea pro conservanda aqua lustrali, bene murata cum portatili. III in honorem s. Crucis, in quo itidem mensa murata cum portatili. Sacrarium muratum, testudineatum, foribus ferreis bene claustro et sera pensili provisus clauditur, in quo est mensa cum armariis pro asservanda supellectili ecclesiastica et argento. Suggestus ad partem evangelii parieti ecclesiae annexus, ligneus, eleganter depictus. Confessionalia ad maius altare lignea 2. Chorus pro cantoribus ligneus picturis ornatus, in quo stat organum v. Scamna lignea integra. In hac ecclesia est capella supra sacrarium b. Joannis Cantii, almae academiae cracoviensis patriarchae, s. theologiae doctoris et patroni regni Poloniae, murata, per t. Joannem Ekart, iuris utriusque doctorem et professorem erecta, picturis ornata, in qua est altare ligneum picturis ornatum et mensa lignea cum portatili. Ipsa vero ecclesia murata, consecrata per t. olim Nicolaum Oborski, episcopum laodicensem, suffraganeum cracoviensem, die 4 V 1670 a. Dedicationis dies anniversarius dominica I post festum s. Martini episcopi celebrato. Pavimentum lapideum, tabulatum asseritum, decenter picturis variis adornatum, ostiis novis, claustro et sera pensili bene provisus clauditur. Turris simul cum campanili murata, scandulis tecta, in qua turri est horologium, quod bene rotatur. In campanili vero campanae 2 maiores, III minor supra ecclesiam in medio tecti in turricula laminae obducta. Coemeterium muro obductum, in quo soli catholici sepeliuntur. Reditus huius ecclesiae tarnomontanae modicus est, quia nullus vicus spectat ad hanc ecclesiam nisi sola civitas tarnomontana. Proventus vero talis est. Iuxta morem antiquissimum ecclesiae provisores soient percipere a sepulturis in coemeterio s. Annae factis

extra civitatem tl. 1. syl., a pauperibus minus, a pauperrimis nihil. Penes ecclesiam parochialem a loco 2 tl. syl., in ecclesia vero ipsa pro qualitate personae 2 vel 3 imperiales syl. A pulsu unius horae campanarum 1 fl. rh. Item accessit ager testamento per tl. Annam Skakałowa legatus, iacens inter agros ex una d. Joannis Skultetius, ex altera Joannis Szumana, ex tertia Georgii Gaweł partibus in fundo Lasorski dicto. Ex hoc supradicto agro percipiunt provisosores ecclesiae rhenenses 5 pro festo s. Laurentii. Item est summa capitalis 70 rh. a tl. Rydzy, contralore officii caesarei super domo sive lapidea tl. Joannis Kral, civis tarnomontani. Ab hac summa capitali percipiunt provisosores in mense decembri censum rh. 5 bohemicorum 8. Alias fundationes non habet ecclesia parochialis. Ex his perceptis et perpensis, ut supra, debent nominati provisosores coram parochio loci et magistratu calculationem facere, tandem subscriptionem ab utrisque tam parochio quam magistratu obtinere. Ex hoc proventus providere tenentur ecclesiae necessitatibus, uti ceram, vinum, reliquum pro reparatione ecclesiae, tectorum, et quod non sufficit, magistratus sarta tecta ecclesiae, coemeterii, domus plebanalis, vicariatis, scholae, campanatoria tegere, reparare, aedificare ab immemorabili tempore tenetur et obligatur, sicut et defacto super scholam ruinatam novum tectum posuerunt et ab intra reparare eandem scholam post admonitionem moderni parodii incoeperunt.

Rector seu parochus ecclesiae parochialis tarnomontanae tl. Adalbertus Ciołkowic in Będzin et Grojec parochus, decanus foraneus bythomiensis, natus a. 1666, die 14 III, ordinatus ad provisionem seminarii cracoviensis, presbyter factus a. 1691, sabbatho quatuor temporum post cineres, quae fuit dies 10 III per tl. Stanislaum Szembek, episcopum dionysiensem, suffraganeum cracoviensem. Institutus est ad hanc ecclesiam a. 1715, die 2 IX. Habet domum pro residentia sui ligneam, scandulis tectam, cum atrio, in qua est hypocaustum cum cameris. Item est alium hypocaustum cum atrio et cameris pro familia. Sunt et alia aedificia commoda, utpote hollodia, granaria, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus. Approbationem produxit. Fovet organarium, cantorem et campanatorem, qui salariuntur per parochum. Est adhuc schola murata, intus desolata, sed noviter scandulis tecta. Habent fati ministri ecclesiae domus residentiales commodas. Ad hanc ecclesiam pro administratione sacramentorum spectat ipsa civitas, ex qua ad confessionem paschalem numerante personae 500. Lutheranorum personae sunt in civitate ad minimum 20. Extra civitatem tarnomontanam post portam gliwicensem est capella s. Annae murata, in qua ciborium ligneum picturis adornatum in mensa maioris altaris locatum, sed in eo non asservatur Sanctissimum, nisi in festo s. Annae, et expositiones non fiunt, tantum semel in anno, videlicet in praefato festo. Altaria 2, maius, in quo est imago Jesus, Maria, Joseph et mensa murata cum portatili, ligneum, picturis ornatum, supra vero imago s. Annae. Alterum minus, in quo est imago Crucifixi et mensa murata cum portatili, etiam ligneum et pictum. Sacarium post maius altare, muratum, testudineatum, sed ibi nulla supellex asservatur nisi postulante necessitate ex parochia adfertur. Suggestus parieti ecclesiae affixus ad partem evangelii, ligneus, depictus. Chorus parieti supra fores ecclesiae appensus ligneus, decenter depictus (prout et parietas), in quo stat organum. Haec capella ex lapide albo murata, de consecratione eiusdem non constat, in qua Divina non absolvuntur nisi tempore sepulturae alicuius hominis et in festo s. Annae. Pavimentum asseribus stratum et tabulatum, ostiis bene sera pensili et claustro provisus clauditur. Turris supra hanc in medio tecti, in qua est campanula. Coemeterium muro obductum, sed indiget reparatione, in quo ex maioribus parte sepeliuntur catholici et aliquando lutherani. Haec capella nullam habet dotem nisi 25 sexarios ex agro 13 sulcorum sive składow, quae pecunia convertitur pro vino et cera. Mansio pro parochio et aliis ministris penes hanc capellam nulla est. Hospitale pro pauperibus ad hanc ecclesiam situatum sub titulo s. Annae, in quo sunt pauperes 10, pro quibus sunt camerae lignae cum atrio et hypocaustum unum, in quo paterfamilias hospitalis manet et debet obsequia hospitalia

una cum uxore **peragere**, videlicet vaccarum, segetum, horti, domus, hollodii et **aliarum** rerum **debet** curam habere. Idem hospitale proventus hos habet: Imprimis versus hospitale **agrum** sulcorum 16 et pratium. Post capellam s. Annae **agrum** sulcorum 13. Item in agro Mrodonowskie dicto sulcos 18. Item ad viam Tarnowskie stadia 2, in unoquoque stadio 10 sulci numerantur. Item ad viam Tarnowice stadia 3, in unoquoque stadia 12 sulci numerantur. Sunt provisores eiusque hospitalis, qui calculationem faciunt coram magistratu tarnomontano in praesentia loci parochi. Ministri capellae s. Annae iidem debent esse, qui ecclesiae parochialis tarnomontanae. In hac civitate sunt Patres Societatis Jesu ex collegio opoliensi **bini**, ut vocant missionarii in Silesia, qui ad **mentem** rectoris eiusque collegii opoliensis alternatim mutantur. Isti patres iuventutem **tam** civitatensem quam extraneam in domo sive mansione sua privata instruunt. Ordinatio pro ecclesia parochiae tarnomontanae: Cura animarum, signanter inter acatholicos, cum sit onus magnum, officium laborosum, sarcina talis molesta, gravis onerosa, ex hoc vel maxime, quia gregis sibi crediti adversus haeticam pravitatem non solum custodiam, sed curam sollicitam gerere **parochus** adstringitur. Proinde **tl.** loci huius rector ex praesenti visitatione **monetur**, quatenus singulis diebus dominicis et festis populo iure parochiae ecclesiae suae subiecto doctrinam catechetica deambulando proponat suosque auditores de fructibus catechismi examinet. De vicariatu penes praedictam suam ecclesiam alicui exemplari, modestoque sacris ordinibus iniciando tecta **tam** supra quam circa ecclesiam reparari destructa aequo de iure (procuret domum muratum pro schola ad primarium statum, ad quem spectat reduci quamprimum non intermittat. Siquidem iuvenum adolescentumque aetas a teneris annis ad pietatem et religionem est informanda et in **omni** virtute est educanda, antequam **vitiorum** habitus totos homines possideat. Renovationem Sanctissimi quolibet octavo die fieri non omittat, reditusque ecclesiasticos a debitoribus emonere exigere non omittat, tabulam obligationum conscribat, eandem in sacratio appendat et ut **iisdem** oneribus satisficiat, per quam diligenter curet, provisores ecclesiae ad debitam conservandam supellectilem serio et crebrius commoneat, ut eundem apparatus ecclesiasticum non nullum conservent, sed eventilationibus frequentibusque alias omni meliori modo a putrefactione et corruptione praeservari nitantur. Figuram Christi crucifixi in coemeterio positam vetustate deteriorataci vel **novam** extruat, vel **solam** crucem relinquat. Coemeterium in **maiori** parte ruinosum circa capellam s. Annae extra oppidum fundatam **sumptibus** parochianorum alias prout de iure reficiat, restauret. Praesentem ordinationem et decretum in congregatione decanali immediate celebranda praesentet. Insuper quoniam patres **bini** S. J. ex collegio opoliensi dioecesis wratislawiensis missionem tarnomontanam in ecclesia parochiali exercent, iuventutem parochiae in humanioribus artibus instruunt, pro eadem iuventute **missas** tam diebus **solemnioribus** quam pro festis in eadem parochiali tarnomontanae absolvent, **iisdem** scholaribus et parochianis sacramenta poenitentiae administrant, saepe saepius per turnum ibidem concionantur, praemissa omnia sine scitu consensu **tl.** Domini Dioecesanum facere audent et ipsomet exinde obviando cuius praepudicio ex praemissa exercitio concionaturae, sacramenti poenitentiae, **celebratione** missarum cum tolerantia loci parochi secutura et in posterum exoriendo, signanter ne tractu temporis eandem ecclesiam parochialem pro sua regulari usurpent et ne pro eiusmodi tolerantia et conniventia suo loco et tempore ab officio ordinario culpetur ac vituperetur, ministerium eius huiusmodi missionem et respective missionariorum exercitium is idem parochus officio eidem **tl.** Principis, Domini Dioecesanum, deferri manducamus.

Radziankow. 19. XI 1720

In hac villa est ecclesia parochialis tituli s. Adalberti, iurispatronatus haereditis eiusdem villae, in qua ecclesia ciborium ligneum simpliciter depictum in **mensa** altaris maioris locatum, ubi Sanctissimum in pixide argentea asservatur. Bap-

tisterium lapideum, in quo est pelvis aenea pro conservanda aqua benedicta, cum operculo ligneo sera, pensili bene clauso a parte situm, penes quod est inferius piscina pro asservandis stropholis a baptisatis. Olea sacra in vasibus 3 iunctis in armariolo asservantur. Expositiones fiunt diebus paschatis et infra octavam Corporis Christi. Altaria 3: Maius ligneum, in quo est imago Assumptionis seu Coronationis BMV, mensam habens muratam cum portatili. II a parte evangelii tituli s. Adalberti, tutelaris ecclesiae, habet mensam muratam cum portatili. III a parte epistolae, in quo est imago s. Antonii, mensam habens muratam absque portatili, sed hae mensae indigent reparatione. Sacrarium muratum, foribus bene claustris et sera provisus clauditur, in quo sunt armaria pro conservanda supellectili ecclesiastica. Ambona habet fundamentum ex muro, cui est adiuncta lignea structura depicta tam ab inferiori quam superiori parte. Confessionale ligneum, sed non proportionatum. Chorus pro cantoribus ligneus, depictus sursum, parieti ecclesiae affixus, in quo stat organum sive pozytyw vocom 5. Scamma lignea integra. Ipsa vero ecclesia murata, scandulis tecta, in minori choro forniceata, in maiori tabulata. Utrum sit consecrata, non contat, tamen anniversarium dedicationis diem celebrant dominicam I post festum s. Hedwigis. Pavimentum asseribus stratum, ipsamet ecclesia binis ferro obductis bene claustris, seris pensilibus provisus clauditur. Campanile muratum, ecclesiae iunctum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor supra ecclesiam in turracula. Coemeterium muro cinctum et ossarium intra hocce coemeterium ecclesiae iunctum.

Reditus sive proventus ecclesiae parochialis in Radziankow: Habet tríplices agros, I ager est penes ecclesiam, incipiens a domo plebanali sive a semita post hortum, protenditur usque ad limites agrorum piekariensium longitudinis stadiorum 8, latitudinis vero sulcorum 44. Inter hunc agrum est fundus unius stadii post montem plebanalis agris, qui fundus pro pascuis, non ad seminandum valet. II ager est versus meridiem in fine pagi Radziankow, qui incipit a confinis agrorum Teuto-Piekariensium tl. comitis bythomiensis. Praedium protenditur usque ad villam Radziankow. In hoc agro et fundo sunt stadia universim circiter 13 et quodvis stadium habet sulcis circiter 17, inter quos agros reperitur interiective et separatim 4 stadia, sed pro pascuis tantum valent. Item est pratum in hoc fundo agrorum ad 2 stadia versus teutopiekariensem, ex quo 3 aliquando plures currus feni parochus habere potest. Item habet ferrifodinam in fundo suorum agrorum, sed nemo audet fodere, ex quo non permittit parochus. III ager est versus septentrionem seu versus villam Orzech, incipiens a villa Cholewin et detendit se usque ad confinia et limites agrorum rudno-piekariensium, in quo agro sunt stadia 16, quodvis stadium sulcorum 17 vel 18, sed non omnia stadia conseminantur partim propter sterilitatem glebae, partim quia fimeri nequeunt propter longam distantiam a domo plebanali. Item habet missalia ex villa Radziankow siliginis et avenae. Item de Kozłowa Gora, de Orzech et Rudne Piekary sola avena datur mensurae bythomiensis. Antiquitus offerebant messalium 3 maldrata et 3 metretas siliginis, item 7 maldrata siliginis et 6 metretas avenae mensurae bythomiensis aequalis, uti patet ex libris Retaxationum Beneficiorum ecclesiarum parochialium dioecesis cracoviensis. Item ex villa Rudne Piekary percipiebat messalia 70 coretos avenae, modo vix 20 coretos percipit, quia agri rusticales multi in praediales conversi sunt, ratione quorum messalium tl. comes conventionem fecit cum parochis in Radziankow et solebat ipsis dare 6 imperiales pro messalibus, ex praedio Rudne Piekary monetae caesareae et 2 currus feni. Ex villa Orzech messalium ex agris emethonum universis et ab hortulanis, qui agros emethonales tenent, percipit coretos 44 avenae. Item ex agris et fundis, quos d. haeres conduxit cuidam nobili, qui possessor horum agrorum debet dare parochi ex quolibet agro messalium avenae coretos 4, ubi se etiam in scripto obligavit. Item de agris praedialibus et emethonalibus villae Kozłowa Gora penduntur messalium universim 18 modii, faciunt 12 coretos mensurae bythomiensis. Item habet decimam ma-

nipularem de agris praedialibus in Radziankow, prout testatur Liber Beneficiorum ecclesiarum partium dioecesis cracoviensis, in cuius possessione antecessores moderni parochi fuerant, eandemque percipiebant aliquando 3 imperialibus caesareae monetae, a parochis redimebatur, modo eandem percipere et persolvere negant. Item habet summam capitalem 500 taleros syl. per tl. Adalbertum Antonium Meisinger et eius consortem Evam Ludimilam, olim haeredes villae Radziankow in oppido Gliwice inscriptam, a qua summa percipere debet tl. syl. census seu provisionis annuatim pro ecclesia parochiali in Radziankow, sed iam a multis annis ex decreto suae caesariae maiestatis medietem huiusmodi census recipere tenetur et intuitu huiusmodi census debet absolvere quovis mense 3 missas, 2 de requiem pro animabus fundatorum et 1 de BMV, per adventum vero 4 missas Rorate alias iuxta inscriptionem eiusdem census. Item est vacca 1 ecclesiae propria, quam servat et fructum ab ea percipit aedituus ecclesiae, pro nunc Mathias Cybula, teneturque annuatim pro eodem fructu 2 ortones sive tynfones ecclesiae persolvere.

Rector sive parochus huius ecclesiae parochialis in Radziankow tl. Andreas Plucinski, annorum 49, ordinatus ad provisionem seminarii cracoviensis, promotus ad presbyteratum per tl. Stanislaum Szembek, episcopum Dionysiensem, suffraganeum cracoviensem, sabbatho quatuor temporum post festum s. Luciae, quae fuit dies 17 IX a. 1695. Institutus ad hanc ecclesiam a. 1710 die 13 X per commissarium. Approbationem produxit. Habet domum a. 1711 extractam sumptibus parochianorum, ubi est hypocaustum cum camera. Item hollodia, granarium, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus. Pomarium arboribus variis stante possessione moderni parochi plantatum. Fovet organarium, qui simul officium cantoris agit, habet pro salario hortum et certos agros et alia accidentia et residentiam simul cum schola, in qua sunt aedificia necessaria. Ad hanc ecclesiam pro administratione sacramentorum iure parochiali spectant villae Radziankow, Kozłowa Gora, Orzech, Rudne Piekary. Ad confessionem paschalem ex his villis numerantur personae 630. Lutheranus sub hac parochia 1, nimirum haeres villae.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Radziankow: Quandoquidem parochorum officium proprium est ecclesiis ministrare, populos regere et alia, quae ad munus pastorale spectant, rite ac condigne explere, nostraeque visitatoris functionis eorumdem rectorum administrationi peculiari cura invigilare, exinde ex praesenti visitatione sequentia tl. Andreae Plucinski loci huius parochi demandantur: primum catechismum singulis diebus dominicis et festis populo suo parochiano tradat, Sanctissimum quolibet die octavo renovet, libros novarum matricularum comparet, altaria seu mensas et portatilia quam citissime melioret, parochianos ad reparationem coemeterii stringat, iurgia, odia et depactiones a sepulturis caveat, a computationibus et ab usu cremati sub poenis irremissibiliter per tl. Principem episcopum cracoviensem vel eius officium extendendis omnino absteat. Summam 118 imperialium ab tl. comite de Henckel ecclesiae suae radziankowiensi debitam repetat et omni meliori modo vindicet, eundemque tl. comitem serio expostulet, quatenus Albertum Korzyła de villa Chechło ex parochia Zyglinensi oriundum et Evam Adamkowna coniuges motu proprio et privata authoritate separatos ad mutuam matrimonialem cohabitationem stringat, compellat et omni meliori modo obliget. Census retentos de bonis Gliwice provenientes repetat, medietatem eorumdem censuum ecclesiae applicet, alteram medietatem pro se tollat, de huiusmodique proventu et reditu censuali coram tl. loci decano rationem indilate praesentet, huiusmodique ordinationem nostram in sequenti Deo dante congregatione decanali demonstret, ad effectum satisfactionis in punctis assignatis praestitae necne.

Bythom oppidum. 30 XI 1720

In hoc oppido est ecclesia parochialis titilli Assumptionis BMV, iurispatronatus dynastae et comitis Henckel, in qua ecclesia est ciborium ligneum, picturis

ornatum, opere sculptoris exstructum, firmiter clauditur, in mensa altaris locatum, ubi Sanctissimum in pixide argentea cum operculo, supposito corporali, asservatur. Expositiones soient fieri pro festis Pachae et intra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum. Fons baptismalis lapideus ad parietem ecclesiae situatus, operculo decenter tectus in se habet lebetem aeneum pro conservanda aqua lustrali, piscina post altare maius reperitur pro asservandis strophiliis a baptisatis. Olea sacra in vasis stanneis 3 in altari s. Crucis in armariolo per modum ciborii extracto bene clauso reconduntur. Altaria: Maius tituli Assumptionis BMV, ligneum, partim depictum, partim deauratum, cum mensa murata et consecrata, ubi etiam est et imago s. Norberti. II altare s. Crucis ligneum cum mensa murata et portatili. III s. Josephi, IV s. Barbarae. Haec altaria sunt maiora lignea deaurata et depicta cum mensis muratis et portatilibus. Sunt altaria adhuc minora, etiam depicta et deaurata cum mensis muratis et portatilibus, quorum I tituli s. Angeli Custodis, II s. Joannis Baptistae, III s. Stanislai episcopi et martyris, IV s. Hedwigis, V s. Valentini, VI s. Augustini consecratum. Indulgentias habet pro festo ss. Trinitatis et s. Valentini. Sacrarium muratum, fornicatum, foribus fortiter claustro et sera pensili provisus clauditur, in quo est mensa bene disposita cum armariis pro conservanda omni suppellectili ecclesiastica. Ambona parieti ecclesiae affixa, arte sculptoris facta, depicta. Confessionalia lignea 4 picturis ornata. Chorus pro cantoribus muratus, parieti affixus, coloribus adornatus, in quo stat organum magnum cum pedali, structurae decentis. Confraternitas Sanctissimi ad hanc ecclesiam introducta a. 1679, sed nullam dotem habet. Ipsa vero ecclesia murata de lapide secto, testudineata, scandulis tecta, consecrata, cuius consecrationis dies anniversaria observatur dominica I post festo s. Bartholomaei. Pavimentum lapide stratum. Eadem ecclesia ostiis binis ferro obductis, claustris et seris pensilibus bene provisus firmiter clauditur. Turris seu campanile muratum, ecclesiae iunctum, scandulis tectum, in quo sunt campanae maiores 3 et in turricula supra ecclesiam signatura. Coemeterium muro cinctum, portas habens 2, unam ab oppido, alteram de domo plebanali, quae clauditur. Est etiam ecclesia sive capella extra portam tarnomontanam tituli s. Trinitatis, murata, scandulis tecta, consecrata, per tl. olim Nicolaum Oborski, episcopum laodicensem, suffraganeum cracoviensem, a. 1670 die I V, cuius dedicationis diem celebrant dominicam VI post festum Paschae. Habet haec ecclesia altaria 3 lignea, coloribus ornata cum portatilibus, chorum ligneum, coemeterium satis latum, in quo sepeliuntur suburbani et pauperes. Portas 3 habens bene obratas, quibus clauditur. Item est alia ecclesia tituli s. Margaritae extra oppidum Bythom in monte sita, lignea, scandulis tecta, consecrata, per supranominatum tl. olim Nicolaum Oborski a. 1681, die 24 V, cuius anniversarium dedicationis dies observatur dominica I post festum s. Hedwigis. Habet altaria 3 lignea, picturis ornata, fores 2 bene claustro et seris pensilibus provisus, quibus clauditur. Turricula in medio tecti supra ecclesiam, in qua est campanula pro convocando populo. Coemeterium cinctum, in quo sepeliuntur parochiani ex pagis. Status hospitalis extra portam bythomiensem siti et ordinatio pro eodem hospitali iam supra descriptus videatur sub statu ecclesiae parochialis in Charzow.

Reditus sive proventus ecclesiae tam parochialis bythomiensis, quam et aliarum ecclesiarum eo pertinentium. Ex curia quavis septimana obveniunt 2 fl. item certa pars agri ob distantiam elocari solita pro 12 imperialibus. Item alia pars agri ad s. Margaritiam ab antiquo pertinens. Item alius ager noviter emptus cum praediolo et onere consueto. Item una pars suburbii dat missalia in grano ultra 20 modios bythomiensis mensurae. Item 3 pagi pendunt ab uno manso 3 bohemicos. Item habet hortum et braxatorium tl. parochus. Item habet 2 molendina, quorum 1 habet 2 lapides molares, alterum I. Item habet pratium sub ecclesia s. Margaritae et inter agros praediales. Item habet ad ecclesiam parochialem BMV summam 223 imperialium silesiticorum, a qua percipit provisionem tl. parochus. Item ad ecclesiam s. Trinitatis spectat summa 120 imperialium sil.,

a qua eadem ecclesia percipit provisionem. Rector sive praepositus ecclesiae parochialis bythomiensis, ad quern regimen etiam suprascriptarum ecclesiarum s. Trinitatis et s. Hedwigis (!) pertinet tam in spiritualibus quam in temporalibus, tl. Martinus Gdesch, ordinis praemonstratensium Canonicorum Regularium conventus s. Vincentii Wratislaviensis, professor, annorum 50. Presbyter institutus ad hanc ecclesiam die 27 VII a. 1712. Approbationem a loci ordinario cracoviensi produxit. Habet domum residentialem ligneam cum atrio, in quo sunt hypocausta 4 cum cameris. Item culinam, stabula pro equis, pecoribus et pecudibus aliaque aedificia commoda, utpote hollodia, granarium et putreum penes residentiam. Fovet vicarium tl. Laurentium Jacobi, presbyterum eiusque ordinis, annorum 50, qui iam 6 annos ad hanc ecclesiam moratur. Approbationem et applicationem a loci ordinario cracoviensi produxit. Habet mansionem commodam sub eodem tecto sicut et praepositus, cui providet tl. praepositus annuatim iuxta conventionem. Fovet ministros ecclesiae, utpote rectorem scholae, organarium, cantorem et calicamistam, qui residentiam habent simul cum schola. Praefati ministri partim salariantur partim per parochianos, partim per praepositum. Ad hanc ecclesiam iure parochiali et administrationis spectant oppidum Bythom cum suburbio et Siambierki, item villae Łągiewniki, Chropaczów, Świętochłowice, Hayduki, Ozięgłow, Kopanina novum praedium tl. comitis, vulgo Burdacz, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 1000 vel plus sub hac parochia in aulis 3 reperiuntur, iudaei vero 6, qui conducunt mansiones apud catholicos cum uxoribus et liberis et foveant ancillas catholicas. Hospitale in oppido Bythom est, in quo sunt 7 pauperes, habent summam capitalem tl. syl. 595, in quolibet taleri numerantur tynfones 4, sed haec summa est inter oppidanos bythomienses et inter alios incolas eiusque oppidi. Item isti pauperes habent hortum, ex quo percipiunt tl. 2 syl. annuatim, habent provisorum, qui de censibus eosque pauperes providet. Pro vestibus pauperum 7 tl. sil. et grossos 30 quotannis expedit, curam hospitalis habet, calculationem in magistratu huius oppidi facere solet. Hospitale alterum extra muros iam supra descriptum.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Bythom: Ille, qui regendos alios suscipit, tanta debet gloria virtutis excellere, ut instar solis caeteros veluti stellarum igniculos suo fulgore obscuret, debet habere vitam immaculatam et compositam, ita ut omnes in illum et mores illius veluti in exemplar aliquod excellens intueantur. Hanc doctrinam s. Chrisostomi, homilia 10 in I ad Timotheum. Cum tl. Martinus Gdesch, canonicorum regularium ordinis praemonstratensis conventus s. Vincentii wratislaviensis professor, loci huius rector, per Dei gratiam observet nec ulla correctione morum indigeat, quaedam nonnisi sequentia puncta in vim ordinationis scribenda et exequenda demandamus, videlicet populo curae suae credito catechismus romanum singulis diebus dominicis et festis tradat, de fructibus eiusmodi doctrinae per interrogationes examinet, Sanctissimum quolibet die octavo renovet, ecclesiam a pulveribus et araneis expurget, vasculum alias pelvim ad abluendos infantes sub tempus baptismi procuret, mappas 3 singulis altaribus tempore celebrandi sacrificii missae ex praescripto sacrorum canonum semper apponat et oneribus satisfaciat. Ad extremum, ne iudaeis familia catholica inserviat, omnino hanc corruptam per concilia oeconomica et canones damnatam eliminet, extirpet, omni possibili modo impedit atque procuret. Huiusmodique decretum nostrum ad executionem deducat, illudque in proxima. Deo dante congregatione decanali praesentare et producere non omittat.

Michałowice. I XII 1720

In hac villa est ecclesia parochialis lignea titilli s. Michaelis archangeli, iurispatronatus haeredis eiusdem villae Michałowice. An sit consecrata, non constat. Anniversarium tarnen dedicationis diem observant dominicain I post festum s. Ursulae ab antiquo. In hac ecclesia est altare maius ligneum, picturis adornatum, mensam habens muratam cum portatili, in qua situatum est ciborium ligneum cum bona clausura. In eodem asservatur Sanctissimum in pixide argentea

supposito corporali. Expositiones fiunt diebus sollempnioribus, utpote festo Paschatis et intra octavam Corporis Christi et festo s. Michaelis. Fons baptismalis lapideus cum operculo, tuto loco situatus, bene clausus in quo est pelvis aenea pro asservanda aqua lustrali. Piscina ad pedes eiusdem fontis reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in decenti loco ecclesiae asservantur. Item sunt altaria collateralia 2 minima, lignea, decenter extracta et picturis adornata, quorum unum est tituli BMV cum mensa et portatili, alterum tituli. b. Joannis Nepomuceni cum mensa et portatili. Sacrarium ligneum habet mensam cum armariis pro asservanda suppellectili ecclesiae. Foribus bene provisus clauditur. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus simplicis formae. Chorus ligneus parieti appensus, in quo stat organum. Ipsa vero ecclesia lignea, fundata et dotata a. 1421 per tl. Mathiam Rochnik, haeredem villae Michałkowice, intus picturis adornata, tabulata. Pavimentum inferius non bonum, foribus ligneis et claustro bene provisus Claudi solet. Indulgentias habet recenter procurata pro festo s. Michaelis Archangeli, item pro festo apparitionis eiusdem s. Michaelis et pro litaniis BMV singulis diebus dominicis et festis. Campanile ligneum scandulis tectum prout et ecclesia, sed ruinosum in quo sunt campanae maiores 2, minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium sepimentis ligneis septum, sed notabili indiget reparatione. Reditus sive proventus ecclesiae parochialis michałkowicensis: Primo decima manipularis ex agris integris praedii michałkowicensis, hortulanorum desertis, et tabernatoris modo scultetiae vocatur. Sunt itaque agri post magnum iter sub Bangow ad hanc scultetiam et alii, ex quibus decima denegata. Est item penes hos agros hortulania Krawczowska dicta, ex qua decima percipitur, in cuius possessione est parochus. Ab agris autem praedialibus extenduntur partes agri vulgo Kliny versus Macieykowice, empti a tl. Kamienski, ex quibus debetur decima manipularis, quae ad praesens denegata. Secundo a cmethonibus et semicmethonibus, hoc est 4 verteliones siliginis, 4 avenae, semicmetho mediam metretam siliginis, mediam avenae, hoc est 2 verteliones tenentur dare tl. parochus quisque eorum pro festo s. Martini episcopi. Tertio de villa Macieykowice ex certis agris seu mediis et uno sculteto decima manipularis, quae ad horreum plebanali per ipsos vehitur et 7 metretae avenae tantum, id est praedium 4 et 3 subditi, 3 metretas. Quarto de villa Bytkow ex certis agris decimam manipulem, quae ad horreum plebanale per ipsos vehitur et 8 metretas avenae, et tantum 4 dant. Quinto de praedio militari Bytkow decima manipularis denegata, ratione cuius tl. parochus est in lite et processibus cum haeredibus. Sexto de villa Bangow nihil percipit parochus et tenentur subditi dare 5 imperiales quotannis, hoc est 25 tynfones pro festo s. Martini, praedium 3 imperiales pro missis quartalibus, organarló 3 fl. De pratis Księżę Doły vocatis 5 currus feni, de his omnibus nihil participat parochus. Ratione subditorum Bankow iure egit tl. parochus in officio cracoviensi, qui subditi fuerunt duobus annis excommunicati, tandem tl. Hunter ex multis persuasionibus permisit et iussit eosque subditos dare et solvere parochus quotannis 5 imperiales, hoc est 25 tynfones, quam solutionem modo tl. comes bythomiensis prohibuit. Septimo decimam manipulem de praedio Siemianowicensi vel pro ipsa 10 aurei et haec denegata. Subditi vero missalia ad Czeladz dant et hoc tali modo, quod tempore incursionis hic in Silesia parochus michałkowicensis non residebat circa ecclesiam et parochiani michałkowicenses pro administratione sacramentorum recurrebant ad parochum czeladiensem et exinde subsecuta est iniuria parochi michałkowicensi; quod ipsi ob praemissam rationem non extraduntur missalia a subditis siemianowicensibus. Ratione praedii Bankow, ex quo et ex agris praedialibus siemianowicensibus decima et fenum debetur parochus michałkowicensi, ad quod non est devotum, interea tl. comes bythomiensis acquisivit iure emphititio eadem bona Bankow et Siemianowice a d. Hunter, qui modernus possessor eorumque bonorum tl. comes denegat omnia et inhibuit atque praecipit subditis bangoviensibus, ne audeant quidquam dare parochus, insuper is idem tl. comes ex agro Niwa dicto, propriis et varii generis frumentis parochi conseminato in

praesentia sua, veniens armatus cum famulis suis, eademque frumenta colligere et rapere iussit, de qua violentia instituit parochus actionem Viennae, inde remissa causa ad iudicium obrenticum tandem Wratislaviae pendet nec est decisa. Ecclesia michałkowicensis nullum habet proventum pro necessariis, tantum 2 vaccas, adhuc cum 1 rusticus fugit, omnia parochus de proprio procurare debet. Item habet agros parochus, primo stadia 8 in Podlipie dicto loco, ab agris macieykowicensibus extensis usque ad magnum iter, in unoquoque stadio numerantur sulci 10. Secundo versus stagnum inter Pypciowa et Krzywakowa 4 stadia a pratis usque ad magnum iter, in unoquoque stadio numerantur sulci 6. Quarto (!) ad 8 virgultas penes agros praediales a via czeladiensi usque ad limites siemianowicenses 6 stadia, in unoquoque stadio numerantur sulci 15. Hic ager est commutatus pro alio, nam pertinebat ad parochum maior in duplo, videlicet is qui statim iacet penes praediales agros et hoc eo modo factum, scilicet ob non residentiam parochi ad ecclesiam michałkowicensem, prout est descriptum in donatione tl. Christophori Miroszewski et commissione caesarea, ut et antiqua registra sonant. Quinto in loco Kanska Krzywda dicto versus Bangow a via czeladiensi usque ad magnum iter stadia 6, in unoquoque stadio numerantur 6 sulci. Sexto est ager Niwa dictus, tendens versus Bangow 3 stadiorum, quem occupat tl. comes bythomiensis ab a. 1718, dum acquisiverit bona villarum Siemianowice et Bangow ab tl. Hunter, ex quo agro per parochum conseminato idem tl. comes violento modo veniens ad campum in persona sua armatus cum famulis suis, frumento ex eodem agro iussit agere, de quo agitur causa Wratislaviae, ubi iam supra insinuatum est. Septimo item sunt stagna 2, unum in loci Psie Pole dicto penes Macieykowice versus Bythom, alterum in loco Kanska Krzywda dicto inter vias versus Przełajka et Czeladz. Hoc stagnum tl. haeres colit et conseminat. Octavo 1 cmetho et 2 hortulani secundum donationem supra memoratam et commissionem caesaream spectabant ad parochum, modo autem isti subditi iurisdictioni aulica subiacent. Item est hospitale, sed nullum proventum habet, quia haec gaza parodio applicata fuit, uti in donatione tl. Miroszewski descripta. Item 2 gazas antecessor moderni parochi construxit et aedificavit penes domum plebanalem.

Rector sive parochus ecclesiae michałkowicensis est tl. Sebastianus Lissowski, annorum 51. Ordinatus ad presbyteratum a. 1694, sabbatho quatuor temporum Pentecostes, quae fuit dies 5 VI, per tl. Stanislaum Szembek, institutus ad hanc ecclesiam a. 1712, die 20 VI. Habet domum residentialem cum atrio, hypocausto et cameris pro se, secundam pro familia extra. Item hollodium, granarium et stabula. Fovet organarium, quem salariat iuxta conventionem annuatim, habet mansionem parvam cum atrio, in quo hypocaustum cum camera. Item stabulum pro pecoribus. Item habet statim penes suam mansionem hortum 2 stadiorum et in alio loco agrum, videlicet in Kanska Krzywda dicto stadiorum 6. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant hae villae: Michałkowice, Bangow, Siemianowice, Bytkow, Macieykowice, ex quibus pro confessione paschali numerantur personae 200. Sub hac parochia lutherani et iudaei non reperiuntur.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Michałkowice: Particulare et praecipium parochorum munus est subditorum vitia redarguere. Cum igitur tl. Sebastianus Lissowski loci huius parochus concubinarios usque a reatu huius criminis atque noxa non retraxit, proinde ex decreto praesentis visitationis nostrae eidem serio praecipimus et destrictè mandamus, quatenus Michaellem Bieda cum certa femina in statu peccati viventem ad meliorem frugem reducat vel ut ab invicem deserantur, vel tantum nefas matrimoniali vinculo expient et cohonestent, eosdem inducat vel tamquam incorrigibiles brachio saeculari ad tollendum tam atrox crimen et scandalum deferat, simulque de prole ex ipsorum illicito congressu suscepta investiget. Litem ratione avulsorum agrorum, fundorum aliorumque proventuum ecclesiasticorum Viennae in aula tl. imperatoris cum dispendio sanitatis atque cum magnis sumptibus gloriose et laudabiliter inchoatam

omnino finire allaboret, cum nemo coronatus, nisi qui legitime, perseveranter et finaliter certaverit. Missalia retenta, se et ecclesiam suam concernentia omni possibili modo a parochianis suis repetat, ad quem effectum opem et iustitiam tl. haeredum imploret eundemque haeredem et collatorem cum adminiculo suorum parochianorum requirat, quatenus depositis ex campanili putrefacto et deteriorato campanis propter aliquod periculum rursus ad reparatum locum easdem campanas sine mora reimponat. Vasculum maius alias pelvim pro aqua lustrali pro commoditate baptisandorum indiiate procuret. Populum parochianorum singulis diebus dominicis catechismum doceat. Sepimenta coemeterii, domum plebanalem, aliaque aedificia ruinosa reparet, crucem argenteam a tl. Smykhalio oppignoratam omnino indiiate eximi curet. Ad extremum Sanctissimum quolibet octavo die renovad curet, huicque ordinationi nostrae in toto satisfaciat et eandem in sequenti congregatione decanali praesentet.

Kamien. 2 XII 1720

In hac villa est ecclesia parochialis tituli ss. Petri et Pauli apostolorum, iurispatronatus haeredis eiusdem villae, consecrata, prout constat ex visitatione. In hac ecclesia est ciborium ligneum non bene clausum, ubi in pixide argentea Sanctissimum asservatur, supposito corporali in mensa altaris maioris locatum. Expositiones fiunt pro festis paschalibus, infra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quas habet pro festo ss. Petri et Pauli et pro festo Nativitatis BMV. Reliquiae non sunt. Baptisterium lapideum in medio ecclesiae situatum non bene clausum, habens in se pelvim aeneam pro conservanda aqua lustrali. Piscina ad idem baptisterium, locata pro assevandis stropholis a baptisatis. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in cista conservantur. Altaria 3: Maius ligneum, continens in se imaginem s. Hyacinthi, habetque mensam muratam, ex lapide integro, consecratam. II Nativitatis BMV ligneum, depictum, habens mensam muratam, consecratam. III s. Annae, similiter ligneum, depictum, cum mensa murata et portatili. Sacrarium muratum, testudineatum, in quo est mensa cum armariolis pro conservanda suppellectili ecclesiastica, habet fores ferro obductis, bene sera et clastro provisus, quibus clauditur. Suggestus ligneus, depictus, parieti affixus. Confessionale ligneum cum crateribus ane altare BMV locatum. Scamna lignea simplicis formae, integra. Chorus pro cantoribus ligneus, parieti affixus, in quo stat organum vocum 7. Ecclesia ipsa murata, in minori choro testudineata, in minori vero tabulata et depicta. Pavimentum asseribus stratum et ipsamet ecclesia ostiis ligneis ferro obductis bene clastro et sera pensili provisus clauditur. Campanile a fundamentis muratum, superius ligneum, scandulis tectum prout et ecclesia, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesia in medio tecti. Coemeterium lapidibus septum circumcirca et scandulis tectum.

Reditus sive proventus ecclesiae in Kamien: Habet pro dote haec ecclesia agros in 3 seminationes divisos iuxta campos villae, et quidem in quolibet campo seu pro qualibet seminatione unum laneolum, quorum unus versus Dąbrowka longitudinis stadiorum 11, latitudinis 15 sulcorum. Est alter laneolus versus villam Brzozowice alias Winnica dictus, longitudinis 3 stadiorum, latitudinis 200 sulcorum. Item est arvom, vulgariter Klin dictum Za Sosniem penes limites Dąbrowka villae longitudinis 2 stadiorum, latitudinis vero 1 stadio 50 sulcorum, altero stadio 30 sulcorum. Item habet cmethonales agros et vias, dictum laneolum, longitudinis 4 stadiorum, latitudinis 10 sulcorum. Item habet Bythomium versus laneolum longitudinis 5 stadiorum, latitudinis 14 sulcorum et haec pacifice a parochio possidentur. Item habet parochus decimam manipularem ex omnibus agris curiae villae Kamien, item ex agris Namiarki dictis, quod molitor colit et ex aliquibus laneis liberis, quos scultetus possidet, decimatur. Item habet decimam manipularem in villa Koszęcin, quae per specialem providentiam Pauli, Dei gratia episcopi cracoviensis, est donata ecclesiae, sed haec per conventionem officiosam redimitur, 7 tl. sil. et bohemicis 8 quivis tl. 24 bohemicos valet, bohemicus vero 6 grossos pol. Item percipitur decima ex certis agris

Paniewskie dictis prope Bythom, quorum possessores sunt cives bythomienses, super quo est tantum caesareum decretum, sed etiam redimitur imperialibus 10. Item habet missalia in villa Kamień et Brzozowice ita: ex singulis laneis metretam siliginis, alteram avenae, et ex Brzozowice villa, in qua cmethones 4 et dant per semialterum modium siliginis et per 3 modios avenae, quartum tantum cmetho, Habas dictus, dat siliginis modios 2, avenae 4. Est etiam praedium in villa Brzowice ex 5 agris cmethonalibus consitum, ex quo percipiuntur missalia 6 modiorum siliginis, 12 avenae. Ab a. 1694 tl. Jacobus Milecki arendarius in villa Bobrowniki, de sua substantia et labore ad cultum divinum et honorem BMV promovendum dedit ecclesiae in Kamien 60 imperiales monetae caesareae hac intentione, ut officium Immaculae Conceptionis BMV die bus dominicis et festis eiusdem Dei Matris tantum decantaretur, quae pecunia ab. a. 1713 apud tl. Carolum de Świętochlewie Kamienski collatorem locata est cum obligatione reddendi censum quotannis. Ex quo censu ab hac summa solvitur organarlo 9 tynfonorum et reliqui 9 tynfones ad cistam ecclesiae pro candelis cedere debent. Item sunt vaccae ecclesiasticae 8, quarum curam habent aediles et hae vaccae nunquam perire, verum perpetuis temporibus pro ecclesia conservari debent. Tenetur tl. parochus pro fundatoribus defunctis 1 missam, alteram pro vivis quavis septimana absolvere sub onere conscientiae. Est etiam capella in villa Bobrowniki tl. capituli cracoviensis haereditaria sub eadem parochia in Kamien sita, tituli s. Laurentii, lignea, benedicta, scandulis tecta, habet altaria 3 cum mensis ligneis et portatilibus, ostiis, claustro et sera bene provisus clauditur. Turricula in vertice capellae, in qua est campanula ad dandum Signum pro devotione. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, habens portas 2, quibus clauditur. Tenetur parochus ecclesiae in Kamien pro tempore existens absolvere missas feriis II Paschatis, Pentecostes ei in festo s. Laurentii, pro quibus missis debent persolvi parochus ex curia villae Bobrowniki 5 tynfones pol. a summa 100 fl. pol. per tl. olim Catharinam Skidzinska pro eaque capella legata. Haec capella habet indulgentias pro festo s. Laurentii a. 1715 admissas. Aliam dotem non habet.

Rector seu parochus ecclesiae in Kamien, tl. Laurentius Dworaczek, annorum 42, ordinatus pro presbyteratu a. 1710 quatuor tempore ante festum s. Trinitatis, quae fuit 14 VI in dioecesi wratislaviensi per tl. Antonium Ignatium, episcopum madaurensem, suffraganeum wratislaviensem, vigore literarum dimissorialium a tl. olim Casimiro Lubienski, episcopo cracoviensi obtentorum. Institutus ad hanc ecclesiam a. 1714, 21 III. Habet domum pro mansione sui cum atrio, in quo sunt hypocausta cum cameris et pro se et pro familia. Item habet hollodium, granarium, stabula et hortum penes domum plebanalem ad fluvium cum libera piscatione in eodem fluvio. Fovet organarium, qui simul et cantoris officium agit, quem salariat annuatim tl. parochus iuxta conventionem. Habet mansionem simul cum schola, ad quam sunt stabula pro pecoribus sita. Ad hanc ecclesiam iure parochiali spectant villae hae pro administratione sacramentorum: Kamien, Brzozowice, Bobrowniki, Zychcice, Dąbrowka Bythomiensis, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 694. Sub hac parochia reperitur judaeus l'arendarius cum uxore et liberis et haeretica G. Doleszkowa. Ordinatio pro ecclesia parochiali in Kamien: Quoniam rectorem ecclesiae et animarum decet bona non solum coram Deo et etiam coram hominibus semper in dies maiora providere, proinde tl. Laurentius Dworaczek ex praesenti visitatione puncta sequentia exequetur: Nimirum renovationem Sanctissimi qualibet octava renovabit, seram fortiolem ad baptisterium procurabit, tecti ecclesiastici reparationem apud quos de iure spectat urgebit, sepimenta ruinosa coemeterii reparari et meliorari procurabit, censum a summa capitali 100 fl. respectu capellae in Bobrowniki sitae a retentoribus omni meliori modo sine quavis mora vindicabit, libros ecclesiae laceratos reparabit atque conservabit, huiusque decreti satisfactionem in proxima decanali congregatione tl. decano praesentabit et de eadem docebit.

Piekary. 2 XII 1720

In hac villa est ecclesia lignea tituli s. Laurentii, consecrata, iurispatronatus haeredis eiusdem villae. In qua ecclesia est ciborium, ligneum, intus picturis ornatum, bene clausum, ubi in p̄xide argentea Sanctissimum asservatur. Expositiones pro festis Paschae et infra octavam Corporis Christi. Reliquiae non sunt. Baptisterium lapideum cum operculo, bene sera pensili clausum, in medio ecclesiae situatum, in quo pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali, ad quod piscinula reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo asservantur. Altaria 3: Maius, in quo est imago BMV, cum mensa murata consecrata. II et III lignea depicta cum mensis ligneis et portatilibus. Sacrarium ligneum tabulatum, in quo est mensa cum armariis pro asservanda supellectili ecclesiastica, foribus ferro obductis, claustro et sera pensili bene provisus Claudi solet. Supra quod sacrarium est mansio parva cum camera. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus simplicis formae. Chorus parieti affixus, ligneus, picturis ornatus, in quo stat organum vocum 10. Ipsa vero ecclesia ut supra lignea, scandulis tecta, tabulata. Pavimentum lapideum et ecclesia ostiis binis, claustro et sera pensili bene provisus clauditur. Campanile ligneum, ecclesiae iunctum, scandulis tectum prout et ecclesia, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium muro cinctum, in quo est capella murata alias oratorium, in quo est altare parvum ligneum cum mensa et portatili.

Reditus et proventus ecclesiae huius piekariensis. Habet summam per benefactores collectam 600 fl. rh. Ex his 300 habentur in censibus apud comitem Gabrielem Węgierski, dominum rypnicensem (!), e quibus annue recipit ecclesia dicta fl. 18. Item alii 300 locati sunt ad census seu interesse 6 pro cento tl. Martinum de Lewencron, dominum in Turawa, annue proinde veniunt alii fl. 18. Praeterea ex pia liberalitate potissimum advenarum colliguntur ex sacculo sub divinis per annum 30 aliquot fl. rh. Ad haec a funeribus et ex eleemosynis variis accipiuntur annuatim rhenenses plus minus 30. Haec summa expenditur annue pro alenda lampade coram Sanctissimo, pro vino ad sacrificia, cera et aliis usibus templi atque in salarium servorum ecclesiae. Item habet agros 1 laneum 6 stadiorum, sulcorum 24, colitur in via ad Kuna molitorem inter agros hinc Adami Duras et illinc Simonis Lastro olim, modo autem (a nova divisione agrorum anno corrente facta) utrinque in ter campos Andreae Cytara ex fundo Kyr-cowiano. Ad eumque laneum spectat Pułanek post fundum Lastrzavianum stadiorum 6, sulcorum 19 inter Lastro ex una parte, ex altera vero inter agros Domini. II laneum sub Gwoździem stadiorum 6, sulcorum 24, ante fossas minerales et iterum post eas in eodem tractu stadiorum 6 sulcorum 19, utriusque inter agros Adami Duras. III laneum sub Marcowcem 18 stadiorum, in quolibet stadio sulcorum 20, olim inter agros rustici Klosek hinc, illinc vero Duras, nunc hac ex parte Franiel, ex altera Grzezotka. Huc pertinet Pułanek post scultetianus salices stadiorum 4 sulcorum 7 cum pratulis olim inter Wallis et scultetiam, nunc utrinque Gundro. Praeterea colitur Pułanek post sepes ad horrea plebanalia 4 stadiorum sulcorum 37 inter agros Dynda et Duras. Universim agri omnes parochiales conficiunt 6 quartas. Etsi oeconomia sine damno succedat, inferunt annue circiter 36 fl. rh. praeter panem et cerevisiam pro toto ferme anno et sustentationem familiae. Ad hos fundos parochiales, qui sine lite coluntur (si nuper contra immunitatem ecclesiasticam petita a dynasta bythomiensi communis cum rusticis loci contributio excipiatur) de iure tamquam pars foundationis spectat piscina seu nunc pratium Bielcza in extensione a via bythomiensi usque ad alnas fundi Polaczki in latitudine, vallatur agere ex parte peckariensium pascuarum, ex altera parte terminatur agro Andreae Franiel nunc Heflikiano, sed modo lis fervet cum vidua Heflikiana, cive bythomiensi, cuius maritus via facti partem magnam prati a. 1717 occupavit, item cum dynasta, qui pariter violente partem alteram a biennio usurpat. Secundo pertinent 2 case in fundo parochiali, partim erectae, partim exsolutae pro hortulanicis semel per hebdomadam, absque vis cum alimonia in praedio plebanali laborantibus, sed dynasta

modernus eos licet alienigenas sibi laborare coegit, ideo unus **iam** ex inquilinatu **abit**, alii 2 domini servire **volunt**. Tertio pertinent distincti pro salario **ludae** rectoris 3 semilanei baccalaureales agrorum sterilium, singuli 5 vel 6 sulcorum. Sed hos (ni contributio insolita pendatur) coli recenter prohibuit regnans dynasta. Quarto ad fundationem spectat decima manipularis ex campo brzeziniensi ante **molam Karch** et agro Księżtwo, sed utramque extradi impedii per **suos** oeconomos dominus **fundi**, sicut et ab a. 1705 **marcam** pecuniariam alias annue tempio **hic** loci a fabro pendi solitam. **Demum** ad canonicam portionem vel maxime pertinent messalia seu 1 modius siliginis et alter avenae ab uno laneo annue dandus a singulis rusticis. 28 numerantur. Item ex praedio domini **obvenire** annue deberent 7 **modii** siliginis et totidem avenae, insuper in pecuniaria decima **fl.** 1 **rh.** Sed **tam** missalia quam decimam pecuniariam a multo annis **valde** pauci nec **quidem** ex dimidio extradunt. Quidam monitus reposuit: **Interrogabo** dominum, **utrum** messalia dare **debeam**. Dynasta autem haec ab annis 9 detinet. Egit et agit contra societates, ut obligationi episcopali iura ecclesiae **manu** tenendi et pro posse defendendi in instrumento vel decreto unionis expressae satisfaceret, sed praevalent etiam **hostes**. Appartinebat **etiam** ad **parochiam** ante Societatis adventum ager emethonalis vulgo Machniowskie **Pustki**, **quem** a. 1656, 18 IV **tl.** Georgius Fridericus comes ab Henckel **tl.** parocho loci et eius successoribus donavit in perpetuum, sed dicto **comite** demortuo, ereptus est nec hucusque parochiae restitutus. Dum autem a. 1687 coram commissariis p. Joannes Nestor S. J. loci superior pro agro reddendo ageret, comes haeres variis effugiis elusit dicens se **nihil** de ea donatione scire, non potuisse donare parentem, cum fuerit fidei **commissarius**, donationem quoad **usum fructuum** non durare, nisi usque ad mortem donatoris sine praeiudicio successorium. Regimen huius ecclesiae parochialis piekariensis tam in spiritualibus quam in temporalibus tenent patres S. J. collegii opoliensis, prout et ad praesens sunt 2 presbyteri eiusdem societatis ab eodem collegio designati nec a loci ordinario instituti. **Domum** habent pro residentia muratam, in qua reperiuntur cubacula 4 commoda, in quibus residentiam habent etiam seorsivam domum pro familia domestica cum hypocausto, cameris et alia aedificia, utpote stabula, horreum, granarium et alia necessaria. Fovent vicarium saecularem per applicationem **tl.** **Thomam** Jeruzalski, annorum 62, dioecesis cracoviensis, qui pro presbyteratu ordinatus a. 1687, sabbatho quatuor temporum post festum s. Luciae, quae fuit dies 20 XII per **tl.** **olim** Nicolaum Oborski. Approbationem et applicationem ad **nanc** ecclesiam piekariensem produxit. Habet domum pro residentia **commodum**, salariatur a **patribus**. S. J. iuxta conventionem. Ad **nanc** ecclesiam iure parochiali spectant villae ad **curam animarum** Piekary et Molendina, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 360.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Piekary: Quandoquidem in cura animarum directores tamquam in specula constitutos **oculi** omnium diriguntur, vita quoque, mores et conversatio ministrorum Dei est publicae disciplinae magistra, cum quidquid ipsi fecerint, id sibi omnes ad imitandum propositum **putant**. Proinde **tl.** Thomas Jeruzalski, vicarius loci huius ad imaginem **thaumaturgam** BMV Piekariensis per patres S. J. ad collegium opoliensem **spectantes** ibidem in Piekary residentiam habentes, **constitutus**, sequentia reformationis puncta ex moderna visitatione nostra promanentia adimplebit, videlicet matriculas baptisatorum, copulatorum atque mortuorum diligentiori, notabiliiori atque exactiori caractere connotabit. Armariolum pro conservandis oleis sacris in ecclesia ponet, portatile fractum amplius usibus sacris utpote ad celebrationem **missarum** ne utique adhibebit, quinimo reliquias sacras eximet easdem decentissime conservabit. Renovationem Sanctissimi quolibet die octavo non intermittet, praesentemque ordinationem in futura congregatione decanali monstrabit.

Uwaga: Pozostałe protokoły wizytacyjne z 1720/1 r.z. dekanatu bytomskiego umieszczone zostaną w następnym roczniku „Śląskich Studiów Historyczno-Teologicznych”.